

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter legitimus totus ad beneficium obtainendum requiratur. punct. 1

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

Ecclesia maneat in suspense. Quapropter quoad supplendam negligentiam collatoris ordinarii, sine dubio currit tempus semelitic, & deuelutione ad superiori est. ut expressè decimus est in clement. vni. de supplenda negligenti, pralat, & tradit ibi Glosa, pramissia, verbo renovari. Bonific. n.8. Cardinal. num. 4. Gonzalez gl. s. 5. §. 6. n. 55 Garcia 10. p. de benef. cap. 3. num. 46. Dixi quoad supplendam negligentiam collatoris ordinarii. Nam ad impediendam illius prouisionem, dum beneficium manuale prouidum non fuerit, existimat Garcia num. 47. non esse concedendam deuelutionem. Quod non probo. Nam etiæ beneficia sine manualia, non impedit quoniam ad superiorem ilorum prouisio deuelolutur. Ergo deuelutum cum qualitatibus requisitis in c. de concess. prabenda. Quorum una est, ut facta deuelutione ordinarius inferior prouidetur non possit. Neque inde si facta prouisione per superiori, non posse ab inferiori ex causa iusta removet. Potest equidem, quia superior prouidet beneficium cum qualitatibus, quibus negligens prouidetur debet. ut bene aduerterit glosa, in dicta elem. vni. de supplenda negligenti, pralat, verbo renovari.

12. Septimo limitata in beneficio deuelutar, in quibus non videtur collatoribus currere tempus ad conferendum. Sed nullatenus est hæc limitatio admittenda in s. prad. cap. nulla, de concess. prabenda. gradum fit deuelutio: idemque habetur in cap. licei, de supplenda negligenti, pralat. Quapropter si ad Episcopum pertinet collatio, & infra semestre non prouidetur, deuelutum ad Metropolitanum, & deinde ad Primatem, & tandem ad Pontificem. Garcia aliis relatis. 10. p. cap. 3. num. 1. Quod fieri non posset, nisi quilibet ex his pralatis suum tempus ligatum haberet ad confendum; quod tempus æquale est in omnibus; cum enim primo collatorum semestre concilium sit, etiam secundum collatorum, cui sit deuelutio ob negligentiam primi, alii semestre concedi debet, ut ista insinuarit in suprad. cap. 2. de concess. prabenda: vbi omnibus collatoribus semestre conceditur absque via distinctione, & capitulo conferenti iure deueluto eundem terminum concedit, qui Episcopo compecebat: ibi, infra prescriptum terminum, qui nullus aliis est, nisi semestre. Adeo nullibus inueni aliquam restrictionem, neque convenientem esse, cum sint collatores diversi; & ita tradit, aliis relatis. Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 8. Azor. 2. p. in inst. moral. lib. 6. cap. 27. quæst. 12.

13. Solum de beneficiis deuelutis ex negligentia patroni laici est aliquas difficultates; an Episcopo, cui institutio, seu collatio libera deuelolutur, competat semestre ad collationem faciendam: Videtur namque solum quadriimestre competere quia succedit patrono, cui quadriimestre conceditur. Cæterum verius est semestre concedi; quia tunc illud beneficium alias de iure patronatus prouidet Episcopus, sicut alia beneficia, quae de illius sunt libera collatione, siquidem ob negligentiam patroni in nominando cessat eius nominatio. & libera Episcopo prouidetur. Ergo agere an in aliis beneficiis est semestre concedendum. Neque verum est in hoc casu Episcopum patro-  
nus propriè succedere, quia non præsentat personam alteri instituendam, sed potius excluso patrono ipsemet inservit, & ita tenet, aliis relatis. Lambert. dicto art. 3. Azor. quæst. 11. Barbofa 3. p. de potestate episcop. alleg. 58. num. 18.

14. Hoc semestre concilium superiori, cui sit deuelutio, non computatur à die deuelutionis, fæd à die deuelutionis nota. Quia quoque deuelutionis notitiam habet, vel eam habere posse, non potest beneficium prouidetur. Ergo non potest esse negligens in prouisione. Ergo non est illi tempus computandum; quia non sit habile ad prouisionem: sic Lambert. & Azor. supra. & quæst. 10. & pluribus decisionibus Rotæ firmat Garcia 10. p. de benef. cap. 3. num. 9. Aloysius Riccius præf. fort. Ecclesiast. resolut. 155. August. Barbofa 3. part. de potestate Episcop. allegat. 58. num. 18.

15. Sed qua ratione constare possit superiori, cui sit deuelutio habent notitiam deuelutionis, ut illi currit tempus, difficile est. Nam citò in collatore ordinario maxime Episcopo, ex qualitate beneficij distantia locorum modo vacat, & econtra longitudine temporis præsumuntur verisimili vacationis notitia, præcipue cum ipse teneat diocesum singulis annis visitare. At in superiori collatore, v.g. Archiepiscopo, unde hæc notitia præsumenda est cum ipse non teneat prouinciam suffragani visitare, nisi causa cognita, & approbata in concilio provinciali, quod ad summum triennio est celebrandum, iuxta Trident. sess. 24. cap. 2. & 3. de reformat. & prouincia suffragani longè à Metropoli distet: Quod vero tradit Abbas, in cap. sicut de accusationib. num. 2. quem lequitur Ananias ibi, num. 4. Lambert. dicto art. 8. n. 2. Malcard. de probat. concil. 87. 9. n. 10. Metropolitanum ignorare non posse negligentiam sui suffragani in beneficiis prouisione: quod in qualibet metropoli debeant esse due personæ designatae à prouincial concilio, quæquenti concilio referant correctione, & reformatione, digna iuxta dictum textum, in c. sicut de accusationib. verum non est. Nam ex harum personarum designatione ad summum inferi potest vacationem suffragani longo tempore contingentem ante concilij celebrationem, tractato concilio iljam ignorare non posse; non tamen inservit ratio eo tempore,

quo non celebratur concilium, vacationem ignorare non potuisse, cum ipse persone solam in concilio notitiam illorum que reformatione dea fuit, tradere videantur obligari. Praeterea plura celebrantur prouinciala concilia absque designatione harum personarum; quia non reputatur necessarium. Item nec celebrantur quolibet triennio. Ergo ex harum personarum designatione colligi non potest notitia deuelutionis. Quapropter existimo tato hanc notitiam esse præsumendam, sed illam afferentem invenire onus probandi. Sic Garcia 1. p. de benef. cap. 3. art. num. 1. & seqq.



## DISPUTATIO IV.

Quibus beneficia sunt conferenda, seu de qualitatibus requisitis ad beneficia ex parte suscipientium.

**C**LARVM est dignis, & benemeritis beneficia esse conferenda, iuxta text. in cap. gracie, de prabenda, cap. nihil est cap. causam, que de electione, cap. cum adiutoriis, de rescript. cap. is cui de prabenda, in 6. & alibi. Sed quia ad hanc dignitatem plura requiruntur; requiritur hanc que legitimus torus, conuenienti debita, ordo, seu clericatus, intentio perseverandi in illo, & ascendendi ad superiori, carentia censu, vel irregularitatis, & cunctis alteris impedimenti; ideo significat ea in praesenti disput. explicabimus.

## PUNCTVM. I.

Qualiter legitimus torus ad beneficium obtinendum requiratur.

**R**egula certissima est, illegitimum iure canonico inhibetur, & irregulariter esse ad ordines, & beneficia recipiuntur. cap. innot. 1. de electione, c. 2. p. filii de filia præceptor. 1. & 2. eodem. iii. in 6. cap. nisi cum pridem de renuntiis. & alibi, ut autem ciuii costitutus inhabile esse ad successione integrum aliquæ reipublica munera, ut apteris collator ex leg. 10. art. 11. Cod. naturali liberas. & autem quibus modis naturales officia sunt. Videndum ergo est, quando hæc inhabilitas contrahatur, & qualiter esset, & quia hæc alii materiis deferunt possunt, placet in praesenti omnem de legitimatione materiali explicitare.

## S. I.

Quando filij censemur legitimi, vel illegitimi.

1. Nati ex copula forniculari sunt illegitimi.
2. Natum ex solitus parentibus voto simplici castitatis ligatis affirmant plures esse spuriū. Probabilius est esse naturalem.
3. Idem dicendum de muliere despontata sub verbis futuris.
4. Ex coniugibus impeditis petere, neque obligatis reddere, si filius nascatur est illegitimus.
5. Quid si vetero volum castitatis emiserit? Probabilius est non esse illegitimum.
6. Naturus ex parentibus matrimonio inualido ligatus, si ad ipsos parentibus bona fides, legitimus est.
7. Quando ante copulam cœsas bona fides, illegitimus. & si prius est inde natus. & quando bona fides cœsare censatur.
8. De filiis expostis an sine legiimi? Alij affirmant, alii negant.
9. Quid dicendum?

**I**llegitimi censemur filij, eo ipso quo ex copula forniculari naescantur. Et omnium sententia. Sed quia haec copula forniculari haberi potest inter personas habiles ad validum matrimonium comprehendendam, vel inter personas impeditas, id est duplex genus illegitimarum distinguendam est, spectare iure canonico; alius illegitimum naturalum, hoc est procedendum à parentibus solitus, habilibus ramen ad matrimonium contrahendum. Aliud est illorum, qui à parentibus impeditis procedunt, quicunque vocantur spuriū.

2. Sed non est lege dubium; nam filius natus ex solis parentibus, sed voto simplici castitatis ligatis, spurius censendum est, vel naturalis. Sarmiento lib. 1. sicut interpret. cap. 5. num. 5. Cœuentes in leg. 1. & tauri. num. 14. 5. affirmant prius esse nonnullum quoad ordines, & beneficia, sed etiam quoad successione inclinat. Azor. 2. p. lib. 2. cap. 6. quæst. 7. Moventur, cum qua procedit ex coitu facilego. Tum quia procedit, à parentibus impeditis ad contrahendum, saltem impedimento impedit, & exigente dispensationem. Tum quia in leg. 11. tauri. quæst. 5.

tit. §. lib. 3. compilat. dicitur Emoneus: si digan ser los hijos naturales quando al tiempo que nacieron fueron concebidos, sus padres podian casar con sus madres inßamente sin dispensacion. At in praesenti calu non poterant patentes iuste absque dispensatione matrimonium contrahere ob votum castitatis: ergo filius sic carus non est naturalis, sed spurius. Nihilominus probabilitas sit naturali m illegitimam esse censendum. Monstror: quia eti parentes votu castitatis legari sunt, sunt habiles ad validem matrimonium contrahendum, ed hoc videatur sufficere, vt filii inde natu non censeantur spuri, iuxta textum in capit. tanto, qui filii sint legimi, vbi spurius est, qui a parentibus impeditus impedimente dicente genitus est. Ergo filius sic natu naturali est spurius: & ita tradit Molina tradit. 2. disp. 167. p. 4. conclus. Gutierrez tractat de matrim. cap. 1. numer. 22. & 24.

3. Idem dicendum est de filio nato ex matre, quae alteri sub verbis de futuro despontata erat; quia sponsalia de futuro solum impedit, ne licet matrimonium celebretur, at celebratum non annulante, & consequenter filius procedit ex habilibus ad validem matrimonium contrahendum. Ergo est naturalis, & non spurius. Sic Couar. 1. p. de sponsalib. cap. 1. num. 17. Molina dicta disp. 17. Thom. Sanch. lib. 1. de matr. disp. 1. num. 8. Basil. de Leon. lib. 11. de matr. cap. num. 7. Gutier. supra. Neque obitatio rationes contrarie. Nam etio ille filius ex causa sacrilegio sit genitus, & ex parentibus impeditus ad licet contraheendum; quia causa facilegium illud, & illud impedimentum non annullat matrimonium contrahendum; & ea de causa si us. inde genitus non est spurius. Cum vero lex tuis disponit filios naturales debere procedere a parentibus, inter quos iuste ab ipse dispensatione matrimonium esse poterat, verbum illud iuste, intelligi debet, id est valide.

4. Platerecta non lumen ex soluis, sed etiam ex matrimonio ligatis potest filius illegitimus nasci: si enim parentes impedit essent patentes, neque obligati reddire, vt contingere posset, cum aliis illorum professionem in religione emiserit ex alterius consensu, & in illo ita filium processerent, illegitimus & spurius reputandus esset; quia processit ex causa sacrilegio & a personis alias inhabilibus ad validem contraheendum, & ilud impedimentum non annullat matrimonium contrahendum; & ea de causa si us. inde genitus non est spurius. Cum vero lex tuis disponit filios naturales debere procedere a parentibus, inter quos iuste ab ipse dispensatione matrimonium esse poterat, verbum illud iuste, intelligi debet, id est valide.

5. Maius dubium est, si vieter ex alterius consensu votum simplex castitatis emititur, & illo non obstante filium procerfiant, an filius esse illegitimus. Aſſummat Glosa in c. ministr. 82. dicit. Abbas in cap. charismatis. de coniug. conjungas. Mouentur, quia ex copula illicita, & irreligiosa filius genitus est. Sed venias oppositum videatur. Nam etio peccanno ita illa culpa, non tam ob impedimentum, quod alii impedit matrimonium valide contrahere. Ergo non impedit, quia matrimonium problem gentiam legitimam reddit; si enim, vt statim dicimus, vim habet matrimonio legitimandi problem conceptum ab his, qui matrimonio solito eant, & voto castitatis ligati, a fortiori vim habebit legitimandi problem conceptum ab his, qui matrimonio iuncti sunt, & voto castitatis adstricti. Addit. p. 1. t. 1. receptum est, hos filios hæc deinceps, & ab eo vila dispensatione ad beneficia, & ordines promouentur. Ergo reputantur legitimi, & in hanc partem inclinat Azot. 1. p. inſit. moral. 1. 2. 6. q. 3.

6. Vetus contingit cap. 2. vt filius ex parentibus re ipsa solitis, matrimonio solum quod apparentiam ligatis, proceretur, & tunc legitimus censendus est, si alii bona fides, saltem ex parte viri coniugio. Quia bona fides exculcat copulam forniciat, ac proinde illegitimatem, & eft extus exprefſus in cap. ex tenore, cap. cum inter. cap. per latum, e. quod nobis, qui filii sint legitimi. Couar. 2. p. de matr. cap. 8. §. 1. num. 2. & §. 3. num. 6. Maior. de irregularib. lib. 1. cap. 5. num. 1. Sayrus lib. 6. de irregular. cap. 10. Auila 7. p. de censor. d. p. 3. dub. 6. in Basil. de Leon. 1. 1. de matr. cap. 8. num. pluribus que firmat Gutier. tract. de matr. 1. 2. 7. num. 2. Ut autem patentes, bonam si em haberent censentur in copula, debent p. amissi denunciacionibus, & non clandestine contrahere, alii affectatores ignorantes presumuntur ac proinde in malo fide, iuxta extum in cap. cum inhibito, §. fin. de clandestina respons. confonat lex 3. p. 3. 3. 4. Sic Zecullus in tract. quod 67. num. 4. & segno. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 4. 2. num. 1. Gutier. tract. de matr. cap. 7. 1. 9. & alii apud ipsos. Excipe tamen, nisi iustum causam haberent, omittendi denunciations, & quia tunc non peccarent, non possent dici ignorantia. Et. clatores, si alii relatis Zecu. l. o. a. n. 9. & 10. Gutier. 10. Addit. in foro externo, ex longa coniugio cohabitatio præsumptio oritur matrimonium legitimum celebratum est, si filiique inde natos esse legitimi, sic plurius firmat Mascard. de probat. concl. 102. & concl. 1316. Gutier. tract. de matr. 7. 2. n. 1. longum vero tempus alii affirmant esse decennium omnes triennium.

7. Quod si bona fides ante copulam esset, filius inde genitus non lumen illegitimus, sed etiam spurius considerari debet, ut parentibus inhabilibus ad contrahendum genitus: quaque

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

do autem censetur bona fides cessare in parentibus, non est huius loci, s. d. p. c. dicendum est ex his, quae dicenit tradi de mar. & aliqua diximus, 1. p. ar. tract. de conscient. disp. 3. à punct. 5. Certum enim est, neque ob litem mortam de nullitate matrimonij, neque ob sententiam, quia non transit in rem iuricatam, bona fides cessare; quia possidens rem bona fides, ob superueniens dubium non impeditur ab illius via: & tradit post alios Couar. bart. de sposalib. c. 8. §. 2. num. 7. Maior. de irregularib. lib. 1. cap. 5. num. 7. & 1. Basil. Leon. lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 6. & 7. Sed an ob adulterium uxoris filius inde natu constante matrimonio illegitimus censetur? Lixi tract. de conscient. disp. 3. punct. 5. ibi causa respondi ob hanc causam non esse illegitimum censendum, si maritus ad eam tempore quo potuit concepi, habuit accessum; quia semper in causa dubia in fauorem filii & matrimonij declinandum est. Quapropter dum manus esse probatum non fuerit, non potest a manu esse genitus, semper pro legitimitate filii est iudicandum. Neque ex dicto ipsius uxoris negotiis esse filium legitimum; & est integra probatio desumpta, alias facile possent filios exheredare; solum enim eius dictum aliquam presumptionem facit, ob quam filius nec se priuare debet iure legitimatis, neque per iudicem priuandus est, s. c. Paleocles de spuriis filiis. cap. 24. Menoch. de arbiter. casu 8. à num. 2. 4. Basil. de Leon. lib. 11. de matrim. c. 9. num. 3.

8. De filiis, quotum parentes ignorantem, vulgo exposuitis, est grauius inter doctores controvertia, an sine filii legitimus? Affirmant plures cum Menoch. de arbiter. casu 3. 9. per iustum. Basil. de Leon. lib. 11. cap. 9. n. 4. Salas 1. 1. tradit. 8. disp. unica. sect. 2. num. 2. Gratia. disp. p. foro 35. à n. 3. & alii relatis à Garcia 7. p. de benefici. c. 2. num. 7. Mouentur quia negari non potest plures ex eis filii legitimos esse, & ex eg. i. o. matrimonio natos, & ob inopiam parentem alii al obo expou. Ne igitur i. j. detinendum patiuntur, omnes iudicari debent legitimis, interpretatio coim. facienda est in fauorem prolis, iuxta extum in cap. ex tenore, qui filii sint legitimis. ibi, in fauorem prolis potius declinamus.

9. Verum contraria sententiam plures, grauissimique doctores firman, & teſtantur in praxi eis recte, p. am. Couar. clement. si filius. in princ. 1. p. 9. Vafq. 1. 2. disp. 6. 6. c. 8. n. 48. Rebello. de obligat. iustit. 2. p. 1. quod. 2. n. 1. Prateius in praxi Epif. 2. p. 1. 1. 2. 27. Gare 7. part. debenc. c. p. 2. numer. 8. & 10. Salzedo in praxi. c. 4. & 4. apud ipsos. Ratio est: quia presumptio lumenda est ex his, quae frequenter continguntur. Cum ergo frequentissimum sit hos filios expouit ex illicitis congregatis natos, esse, & raro succedit ex matrimonio esse generatos, absolute pro illegitimis habendi sunt.

Ego vero exiit mo. hanc secundam sententiam solum verum esse quod presumptionem, non quod veritatem, eaque de causa quod reputationem, & quod effectus à iure inducitos. Primam sententiam probo, pro legitimis, inquam, esse habendos. Quia adhuc sufficiet vi letut, quod aliquando legitimus exponantur, & ut illis presudicium fiat, omnibus à iure legitimitas concedatur. Addit. neque quod presumptio natum repudians esse filios illegitimos; nam esto concedamus frequenter contingere hos expouitos ex soluis nasci, quia tamen haec p. am. i. o. presumptio ex frequentius contingens infamiam filii roget, & in parentibus culpam imponit, ce. si haec p. am. i. o. presumptio, quod sine ex matrimonio generatis, esto non in frequenter contingat. Quia cum p. am. i. o. p. am. in uno actu concurredit, semper preualede debet quia delictum excludit, & favorem continet, vt tradit Menoch. casu 8. n. 2. 3.

## S. II.

Qualiter filii illegitimi reddantur legitimis subſequenti matrimonio,

1. Quid sit legitimatio.

2. Matrimonio filii legitimantur.

3. Matrimonio non solum verum, sed presumptum, ab Eccles. sia tamen approbat valer legitimare problem.

4. Hanc viam habet, esto in mortis articulo contrahatur.

5. Item esto non subſequatur immediat, sed alia matrimonium intermediet.

6. Item esti coniuges sint dispares.

7. Item esti non intercedunt nuptialis instrumenta.

8. Quid iure Casare? Verius, est legitimare problem.

9. Non obstat hinc legitimatio parentum contradicatio.

10. Item neque filiorum contradicatio obesse huic legitimatio potest.

11. Item neque illorum ingratendo.

12. Valet matrimonium ad legitimandum nepotem, si am moris filio naturali.

13. Contrario defendunt plures, & quibus probetur.

14. Diluvantur rationes p. redit. n. p. 1. 2.

15. Legitimari per matrimonium habilos sunt ad ordines, & beneficia & ad omnia alia, ac si constante matrimonio nati essent.

16. An à punto nascitatis filiorum matrimonium subsequens

A 2 r. 2. r. 2. r. 2.

- reditas filios legitimos, ita ut alii legiimi prius natis  
preferantur. Affirm. tui plure.
- 17 Contrarium est verius.
- 18 Satisfact rationib. p. 16. adductis.
- 19 Si in eodium substituti matrimonium contrahatur, plures con-  
sent non legitimari prolem.
- 20 Verius est oppositum.

**P**remitto legitimationem esse natalium restitutionem quod ea que positio iure filii illegitimis denegata sunt, sic ex communis sententia definiat Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 8. n. 1 Molin. tract. 2. de iustit. disp. 171. in princ. cum enim positio iure tam canonico, quam cuius plura filii illegitimis denegentur, que aliquip legitimis concessa sunt, si haec illis restituantur, legitimis sicut. At quia duplicit haec filii illegitimis restituuntur, vel matrimonio, vel respectivo, & indulgen-  
tia duplex est legitimatio, alia a iure, alia a principe, seu alia per matrimonium, alia per respectum principis. Gutier. de mar. c. 74. n. 24. Mol. disp. 2. l. 173. Primo agemus de legitimatione per matrimonium, quia nobilior est, deinde de legitimatione per respectum principis, usque primum.

2 Ceterum est apud omnes doctores hanc vim matrimonium habere, ut filios illegitimis procreatos, legitimos reddat, Fide-  
ctione enim iutis in favorem prolixi retrotrahitur matrimonium ad tempus, quo ipsi filii fuerint geniti. Et sententia, ac si confitante matrimonio, geniti essent i conclusio, deciditur expedit. cap. tanta, qui filii sunt legitimis ibantia est vis matrimonij, ut qui ante eas sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur, consonant lex. 13. tit. I. part. 4. ibi. Camague que eos bis a tales nosam legitimos quandam, tan grande fuerit haec matrimonio que luget que el padre, et la madre son casados, se faciem porenre los hijos legitimos. Habet autem hanc vim matrimonium non ut se, sed a iure dispositione, & beneficio principis, ut bene Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. n. 18. Sed quod matrimonium hanc vim habeat, ut verum, an etiam existimat, an cum concubina domi retenata, an cum qualibet alia for-  
mula, an stantibus filii legitimis, an sine instrumento dotali, vel sine consensu parentum, vel filiorum? difficultate non careret.

3 Et quidem debere esse matrimonium vetum, nec suffi-  
cere presumptum docet Panorm. in cap. tanta, qui filii sunt le-  
gitimi. n. 9. Sarmient. lib. 1. foli. 2. cap. 6. n. 2. Quia matrimonium  
presumptum non est matrimonium, sed solum presumptum esse.  
At Pontifex hanc efficaciam legitimandi prolem matrimonio concessit ibantia est vis matrimonij. Ergo matrimonium pres-  
umptum illam vim non habet. Et confirmatur. Verba legis non sunt ad impropios sensus, & significations extendenda. Ergo non est excedendum hic fautor matrimonij ad matrimonium imprimum, & nullum.

Ceterum verius est matrimonium presumptum; si tamen ab Ecclesia, ut validum reputetur, legitimis problemate antea suscepimus, sic Mol. de Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 1. m. 11. Ma-  
trimonio leg. 10. tit. 8. lib. 1. 5. recipil. gloss. 1. n. 3. Suar. de irregulari-  
tate. 50. sed. 1. n. 11. Basil. de Leon. lib. 11. de matrimon. cap. 1. §. 2.  
num. 13. Gatt. 7. p. de benef. cap. 2. n. 30. Ratio desumitur ex e. quod nobis, qui filii sunt legitimis. Et ex cap. tanta, unice capex-  
tare. codem ite, vbi matrimonium cum impedimento dirimente coniunctum, sed ab Ecclesia approbatum, eo quod cum sollemitatis ab ipsa praesertim, & bona fide contractum celebratum fuerit, vni habet legitimandi prolem illo tempore suscepimus. Ergo etiam vni habebit legitimandi prolem ante illud matrimonium generatum; quia in ordine ad legitimationem prolixi matrimonium fictionis iutis retrotrahitur ad tempus, quo filii generari sunt, & praestat, ac si tunc matrimonium contractum est. Et hinc soluit ratio contraria. Conceditur enim hic fautor non solum matrimonio vero, sed presumptum, quia est regulariter verba legis impropiando non sint, at aliquid impropiantur, praepucie si ex aliis legibus colliguntur ad impropios sensus esse extendenda.

4 Hanc vim legitimandi prolem habet matrimonium, quo-  
cunque tempore contrahatur in articulo mortis; si quia in illo articulo verum matrimonium contrahi potest. Nam licet in illo articulo proper exinctionem spirituum vitalium generare quia non possit, id est per accidens, ex tamen potestem habet ad copulam, quod sufficit ad verum matrimonium contra-  
hendum. Et idem est de fene, & sterili alias potenti: sic post alios antiquiores Couart. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 1. num. 10. Azor. 2. part. lib. 2. cap. 13. quaff. 11. Mol. lib. 2. de primogen. capit.  
5. num. 25. noster Molina tract. de iustit. disp. 172. vers. du-  
bium præterea. Basil. de Leone. lib. 11. de matrimon. cap. 1. §. 1. numero  
8.

5 Secundo habet hanc vim, quamvis non subsequatur im-  
mediate, sed aliud matrimonium intermediet; si quia illud est per accidens, neque impedit potest matrimonij legitimati-  
onem, sicut neque impedit illius valorem: sic Couart. dictio §. 2.  
num. 28. Sayrus lib. 6. de irreg. c. 10. n. 19. Azor. rom. 2. l. 2. cap. 13.  
quaff. 5.

6 Tertio praefat legitimatem, quamvis sint coniuges dis-

pares in genere, & diuiniis, aliisque dotibus. Nam cum haec dif-  
ficietas valorem matrimonij non impedit, non potest impedit  
legitimatem ab eo preuenientem: sic Couart. dictio 8. §. 1. n. 9.  
Fachin. lib. 3. contruer. c. 53. Negue obstar, sed & aliud, in aut,  
quibus modis naturales efficiantur legiimi, vbi conceput ex  
meretrice non videtur matrimonio fieri legitimis, ibi: negue dis-  
cipuli existimatis legitimis quadam nomine. Non, inquam, obstar  
nam ut bene Couart. ex Lafone interpretatur, textus ille loquitur  
de meretrici, de qua non erat certum, quoniam vito concepe-  
rat, an à viro, quo cum contrahit matrimonium, an ab alio, &  
foris exzoriat; eaquo de causa eius filius legitimus esse non pos-  
set subsequtus matrimonio; quia forte non subiecit mar-  
rimonium inter illos, quibus genitus est. Additum, ut cuius plimi  
impedit erant contrahere, ut expendit Basil. Legionem l. 11. de  
mar. c. 2. n. 2. quorum impedimenta, iure Ecclesiastico, cui in hac  
parte standum est, sublata sunt.

7 Quarto legimus reddit filios matrimonium, etiam in illo non interuenient nuptialis instrumenta, hoc est, scripta  
dotis, aut donationis proper nupicias, aliave nuptiarum solemnitas. Quia ab his valer matrimonij non pender, latrem iure canonico spectato & consequente neque legitimatio inde prove-  
nientis: sic omnes doctores.

8 Solum est dubium, an non solum quodum quodum forum Ecclesie, sed etiam quodum in Cœstum non habet: Negue obstar, plures doctores relati à Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 2. p. Azor.  
2. p. lib. 2. cap. 13. quaff. 4. & plures relati à Fachin. c. 3. contruer.  
51. Mouentur; quia estio isto Cœstato contrahit post matrimonium absque dotalibus instrumentis in l. fin. Cod. de dona-  
tionis. ante nupicias, & alius pluribus ff. de donationis. Ac cum ea, que cum quis accessum habuit, iutte contrahit non potest, in iuri  
de nupicias, aliquando. Et aut, quibus modis naturales efficiantur  
sui §. vlt. Ergo si contractum, non valebit ad probem legitimam.  
Et confirmo; quia scelusa scriptura dotis huius filii non ven-  
ciunt ad successionem. Ergo non sunt legimi.

Dicendum tamen est legitimis esse, etiam iure Cœstato spe-  
ctato. Quia finis ob quem legitimatio prolixi, per subsequtas  
matrimonium etiam à iure cuiuslibet conceditur, et, ut contrahentes  
alias turpiter viventes a turpitudine celiunt effectu legitimati-  
onis problemat. Sed huiusmodi effectus non pender à promissione  
dotis, & solemnitate nuptiarum, sed à matrimonio inter ipsos  
contracto: ergo à solo matrimonio absque dotalibus instrumen-  
tis legitimatio pender. Ergo si specialiter leges expoliari-  
lant in hoc matrimonio dotalia instrumenta, non fuit, quia si-  
ne ipsis matrimonium state non posset; sed quia sine ipsis in-  
strumentis raro poterat constare contractum esse; illis rango  
deficientibus presumebatur simulatio, & concubinus con-  
nuatio: sic ex Donello lib. 2. comment. cap. 2. 1. vers. nupicias  
eadem mutiere doret Basil. de Leon. lib. 11. de matrimon. cap. 1. §. 3. n.

9 Quinto haec vis legitimandi prolem coniuge matrimonio tamet patentes legitimatione contradicunt. Quia cum contra-  
dictio parentum non impedit matrimonij valorem, neque le-  
gitimationem, inde preuenientem impedit potest. Quid non  
solum verum haber spectato iure canonico, de quo est certi-  
mum, sed etiam spectato iure cuiuslibet causum est  
ad hanc legitimationem consenserunt parentum esse requiriunt.  
Neque obstar, rex in Ambent. quibus modis naturales efficiantur  
sui §. si vero is. vbi fieri non potest filius legitimis, parentis  
contradicunt. Non, inquam, obstar; quia supradicta conti-  
non loquitur de legitimatione facta per matrimonium, & ab  
ipso iure, sed de legitimatione ex respectu principis: eis si pa-  
rentes contradicunt, nullus effectus est, si scilicet relatis Couart.  
part. de sponsal. cap. 8. §. 2. num. 1. Molina rem. i. de iustit. tract.  
2. disp. 172. num. 5. Sayrus lib. 6. de irregulari. c. 10. n. 2. 1. Basil. de  
Leon. l. 11. de matrimon. c. 1. §. 3. num. 2. 1. Azor. 2. p. in iustit. moral. l. 1.  
13. 9. 12.

10 Sexto neque filios contradictione impedit potest non  
matrimonij legitimationem: quia hic est fautor matrimonij  
concessus, illigere annexus cui nemo valet renunciare, cap. 5  
diligenti. de foro compet. Quod certe spectato iure canonico  
(quidquid dicat Fachin. lib. 3. contruer. c. 54.) indubitate illi  
debet, ut tradit aliis relatis Azor. p. in iustit. lib. 2. cap. 13. quaff. 11.  
Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 2. n. 16. Molin. tom. 1. de iustit.  
tract. 2. disp. 172. n. 6. Basil. de Leon. lib. 11. de matrimon. cap. 1. §.  
12. At hi iuri spectamus, contradictione filiorum impedit  
legitimacionem, constat ex §. generaliter in Ambent. quibus mo-  
dis naturales efficiantur sui; cuia haec sunt verba. Generaliter  
autem in omnibus, qui per predictum modum deducuntur ad le-  
gitimationem ius, sunt id volumus obscurare, cu & filii hoc ratum ha-  
buerint. Nisi si solvere ius patria potest, si in iure matrimonij  
est paribus multo magis sub potestate redire initium j-  
urium. Et volentem suis per obligacionem ad curiam, sive per  
instrumentorum celebrationem, sive per aliis quamlibet machina-  
tionem, anquam forent metuentes paternam iustum non est  
que imperi. Et legislatoris ponimus proprium, que verba classifi-  
ca sunt pro hac parte, ut tradit Couartius. Basilius, Fachin-  
ius supra, & alii apud ipsos. Sed quia in materia legitimati-  
onis preuenientis ex matrimonio ius canonicum cuiuslibet paginare  
dabo

DE  
CASII  
PAL  
TO

debet; ea de causa etiam in tertiis imperijs contradicatio filiorum legitimacione non obstat.

11. Septimo neque filiorum ingratitudo hanc legitimacionem reuocare potest. Nam etsi legitimatio inducta beneficio principi, ingratitudine reuocetur; quia libertati comparatur. At legitimatio per matrimonium, quae legitimatio est naturalis, ingratitudine non reuocatur; ut bene aderit. Couartu. 2. p. de sponf. cap. 8. n. 14. Azor. 1. p. inst. mor. lib. 2. c. 13. q. 14. in fine.

12. Octavo valet matrimonium ad legitimandum nepotem, etiam mortuo filio naturali, v.g. habuisti filium naturalum, & ex eo nepotem legitimus t. l. s. filii, qui nepos tibi succedere, non potest; quia non habet iura legitimae comparatione ruit, ut in leg. fin. cod. de naturalib. liberis. At si mortuo tuo filio concubinam ducas; et ipso nepos tibi legitimatus redditur. Quia ea est via matrimonij, ut legitimos reddat omnes descendentes ante tale matrimonium genitos, ut satis indicat *textus* in cap. tanta, qui sibi sunt legitimati. Tant. a (inquit textus) est via matrimonij, ut qui anteas sunt geniti, post contractum matrimonium legitimis reddantur. Notarior nomen filiorum non expressit, ut omnes descendentes comprehendetur. Item legitimatio nepotum non pendet ex legitimacione filiorum: sed filii deficiensibus nepotes legitimati deriuuntur; quia non faciunt filiorum, sed ipsius matrimonij legitimatio fit ex dicto cap. tanta, ibi tantum est via matrimonij. Deinde valet argumentum de adoptione ad legitimacionem, ut bene expendit Anton. Gomez, statim allegendus, sed mortuo filio bene potest aus aliquem adoptare in nepotem, *extus* in leg. adoptare, ff. de adoptionib. *extus* in §. 1. infit. eadem, tit. Ergo per matrimonium legitimari potest, etiam filius mortuus sit. Item per *scriptum* principis bene potest aus, qui non habet filios, legitimatus nepotem ipsorum, ut tradit. Gallus §. tunc de leg. Vellia fin. cit. en. q. ff. 1. b. & poftib. Ergo etiam per matrimonium id probare potest. Praterea probat *textus* in leg. ff. de gradibus, ibi, si filio meo mortuo filii adoptare, videtur eum defuncti fratrems iussi, si adoptatus filius censeatur frater filii iam mortui, sic enim non requiri, ut filius viuat, ut adoptatus censeatur frater defuncti, neque etiam requiri debet, ut nepos ab uno legitimetur. Non enim legitimatus mediante filio mortuo, sed immediatè ab uno per matrimonium subsecutum: & ita tradunt, a liis relatis, Joan. Azor. 1. p. inst. lib. 2. c. 13. Couartu. 2. p. de sponf. cap. 8. §. 1. n. 19. & seqq. Fachinico l. 3. contrar. l. 5. 6. Molina de Hispano primogen. l. 3. c. 1. m. 9. noster Molina dicta disput. 17. 2. 10. Basil. de Leon. l. 1. 1. §. 3. n. 2. 3. Anton. Gomez, leg. 9. n. 1. n. 62.

13. Sed aduersus supradictam conclusionem graves doctores pugnauit. Decius cons. 343. Gregor. Loper leg. tit. 13. pars. 4. fol. 2. in fine. Anton. Gab. de legitim. concil. l. 1. §. 2. & alijs relata à Fachinico, Couartu. Anton. Gomez. Probat primo haec ratione, quia legitimatio ad nepotes derivatur mediis filiis; quia legitimatio filiorum videtur esse fundamentum legitimacionis nepotum. Alijs si independenter a filiis nepotes possent legitimari, etiam si ex legitimo matrimonio nepotes nati non escent, matrimonio cui legitimarentur. Sed si filii iam mortui legitimari non possint. Ergo neque nepotes. Secundo nepotum cum suo coniungitur medio filio ab uno genito, sed si filius mortuus non potest suo coniungi. Ergo neque potest facere, quod nepos illi coniungatur; quia vbi medium est inhabile, impedit extrema coniungi. *textus* in leg. qui sella. §. fin. ff. de servitib. rufic. pradior. *textus*, in leg. ria pradi a eodem it. Tertio est *textus* cum glossa in leg. qui q. 4. ff. de adoptionib. vbi non potest quod adoptari in nepotem ex filio mortuo. Ergo neque legitimi. Quarto addicetur *textus* in leg. qui libertinus. §. ojhamus. ff. de operis libertor. vbi libertus promittens domino suo aliquas operas, ab illis liberatur, si habeat duos, vel plures filios. At si decessit telo poftibmo in ventre vxoris, qui natus est post mortem patris, non liberatur heredes ab obligatione; & eo quod (inquit *textus*) proficiat liberatio à liberto debet. Nequidquam post mortem libertari intelligi potest. Sed idem videtur dicendum in nepotibus comparatione sui, ut scilicet legitimati non possint, nisi suis au non legitimatis.

14. Verum haec non arguit; & vno verbo illis satisfacere possumus, dicentes legitimacionem nepotibus comparatione cui non communicari a filiis, sed ab ipso matrimonio inter avum, & concubinam eius celebrato. Quod inde constat: nam si hoc matrimonium celebratum non esset, nunquam nepotes comparatione cui manerent legitimati. Sed maiori claretis gratia ad primum negamus legitimacionem filiorum esse fundamen tum legitimacionis nepotum: non enim tale est, sed ex ipso matrimonio cui filii, & nepotes immediate legitimantur. Neque reputo inconveniens nepotem illegitimum comparatione cui per matrimonium ipsius, cui in nepotem legitimati. Ad 2. dico, nepotem coniungi coniunctionem naturali cum suo medio filio per generationem, ut illa coniunctione supposita coniungi potest in ratione legitimacionis absque vlo medio. Ad 3. dico non posse quem adaptari a nepotem ex filio mortuo, nisi exprimitur, colus filius sit. At facta illa expressione bene potest adaptari. Ad 4. ex leg. qui libertinus respondeo esse longe diuer-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

sam rationem: ibi enim liberatio heredum à liberto prouenire debet; at in praesenti legitimatio nepotum (vt saepe dictum est) non prouenit à filiis, sed à matrimonio tempore habili contracto. Rufus si de modo legitimandi loquuntur, ita matrimonium subsequens prolem antea suscepit, legitimam reddit ad omnes iuri effectus; ac si veris conjugibus suscepit efficit. sic Glossa ab omnibus recepta in dicto, tanta, qui filii, sibi legitimis: & probat lex. 11. aur. & lex. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat. Sunt enim per omnia iuri fictione legitimati. Autem quibus modis naturae efficiantur sibi, si quis igitur dotalia sibi, & filios, vel precedentes (nuptias sollicit) vel conceptos legitimos esse sanctimus. sic Couartu. 2. p. de sponf. lib. 8. §. 2. n. 11. Mol. l. 3. de primogen. l. 1. n. 6. noster Mol. tradit. 2. d. sp. 172. n. 6. Basil. de Leon. l. 11. c. 11. n. 3.

15. Hinc fit sic legitimatos habiles esse ad ordines, & beneficijs, etiam ad episcopatum, ac si constante matrimonio nati essent. Quia & quae ac illi ex iuri fauore sunt legitimati, sic Couartu. 2. 5. Basil. de Leon. n. 5. Molina dicta disp. 172. n. 6. Azor. 2. p. lib. 2. c. 13. q. 14. Quod adeo verum est, vt si ante contractum matrimonium ordines sufficias, illo contracto poteris ordinis exercere; quia tibi sublata est irregularitas, que solam ex illegitimitate pendebat. Basil. supra, cum Sayo lib. 6. de irregular. x. n. 30. Fit secundo eo pacto legitimatos succedere patri in emphyteus ecclesiastica, in feudo, in hereditate, & majoratu, ac filios legitimatos: quia per omnia habentur legitimati, immo ita succedunt, ut in successione prapontant filii alii ex tali matrimonio, vel ex alio posteriore genitis, tanquam maiores natu: sic Couartu. vterque, Molina, Basilis Azor. supra. Fit tertio ut eandem rationem hac legitimacione filiorum renocari donationem factam à parentibus, sicut reuocatur nativitate filiorum. Deinde reuocari etiam substitutum patri, vel matr. sub ea conditione positum, si line liberis legitimatis decesserint, quia iam non decidunt sine filiis legitimatis, cum vetere legitimi sint, sibi doctores relat. Fit quartu os filios sic legitimatos habiles esse ad omnia, quae legibus municipalibus filii legitimis deferuntur. Quia vere subsecuto matrimonio sunt filii legitimati. Neque obtat quod in cap. tanta, qui filii sunt legitimati, dicit Ponfex: legitimati habentur; tacite infulans non esse legitimatos, sed pro legitimis haberi, & reputari. Non inquam obstat, quia verbū illud habentur, positum à potente filios legitimare, & veritatem indicat, non fictionem; facit hunc festum legitimati habentur, & iudicentur, qui vere legitimati sunt: quod pluribus exornat. Couartu. 2. p. de sponf. lib. 8. §. 2. n. 26. Azor. 2. p. l. 2. c. 13. q. 14. Basil. l. 11. de mar. c. 11. n. 4. Fit quinto sic legitimatos admitti debere ad successionem hereditatis, fidei commissi, feudi majoratus, & similium, quae expressim filii natu ex legitimo matrimonio deferuntur: sic Couartu. 30. Basil. n. 10. Mol. de primog. lib. 3. c. 1. n. 10. Mol. Iesu. dicta disp. 172. n. 8. vel filii sibi, & alijs apud ipsos. Ratio est, quia cum matrimonio factio iuriis retrotrahatur ad tempus conceptionis filiorum, filii antea geniti, illoque matrimonio honestati, ex legitimo matrimonio natu dicuntur; confirmat optimè Couartu. ex text. in e. cum in curulis de electione, vbi statuit episcopum eligi debere ex legitimo matrimonio natu, & tamen in c. innotuit, nunc glossa communiter recepta admittitur legitimatus per subsequens matrimonium. Ergo sic legitimatus vere dicitur natu ex legitimo matrimonio. Adverte in institutione majoratus posse hos legitimatos in successione excludi, vel minoribus natu legitimis, uno & transuersalibus postponi: quia cum sua potestate sit ut vocare quos voluerit, poteris illi electi solum eligere filios, qui post contractum matrimonium generi sunt. Mol. disp. 172. n. 6. vesp. licet.

16. Sed vt vis, & efficacia huius legitimacionis per subsequens matrimonium elucet, duo restant examinanda. Primum est, an matrimonium ita legitimatum filium ante genium quoad successionem, ut a puncto natu: ait, censeatur legitimatus, rametis aliud matrimonio intermediet? Verbi gratia, sufficiet ex concubina filium, duxisti alitem, ex qua filios procreasti, ea mortua duxisti concubinam, filius ex concubina, qui est maior natu, præferri debet in successione filii, qui prius fuerunt legitimati? Afirmant plures preferendum esse; sic circa 10. aliis Couartu. 2. part. de sponf. lib. cap. 8. §. 2. numero 2. 8. Basil. de Leon. lib. 1. de matrimonio, cap. 21. num. 9. Mouentur, quia matrimonium quoad legitimacionem filiorum retrotrahitur ad tempus, quo fuerunt concepi: sed si illo tempore matrimonio contractum esset, ille filius concubinis præfendus esset aliis filiis ex matrimonio postea genitus. Ergo etiam modo præferri debet. Quid si dicas matrimonium cum concubina retrotrahit ad tempus, quo filius ex ea fuit conceptus, casa quo nullum filii legitimis præjudicium irrogatur, obstat: quia haec legitimatio videtur gratis apposita; cum enim *textus* in cap. tanta, Et ibi glossa communiter recepta, absolute dicant tales filios legitimatos haberi, sine fundamento fauor his per legem matrimonio factus restringetur; præcipue cum satis receptum sit, quoties à iure sit retrotrahit alius actus, fieri cum omnibus illius qualitatibus, arg. *textus*, in l. postor. ff. qui potiores in pignore habentur. Et praterea quia copula illa cum concubina subsequi postea matrimonio, flagitur à iure, ac si copula maritalis fuisset quod prolis legitimacionem. Ergo habet

A a 3 omnes

omnes qualitates, quas matrimonium legitimum haberet, quia supponitur a iure loco illius arg. textus in leg. Cornelii, ff. de testam. cague de causa sic per matrimonium legitimatus habet omnes successiones & suitas, quia haberet, si alia state matrimonio suscepimus esset, quia per omnia legitimo aequiparatur, ut expellit probat textus in Athenae, quibus modis naturali, efficiantur sui, & reliqui, col. 7. Et in §. adoptione, in fine, eodem Aethene. Addit ex omnium sententia legitimas filiorum, qui constante matrimonio suscepunt sunt diminuti ex legimatione facta subsequendo matrimonio cum concubina. Ergo praedictum in iure quodam filii legitimis obitare non potest legimationis filij concubinae quodam præstationem in successione. Et ratio ea videtur esse; quia ius quod filii legitimis constante matrimonio generatis acquiritur, est ius spe tantum, & sub conditione, ne filius concubinae prius genitus legitimetur. Ergo illo legitimato per subsequens matrimonium, cessat ius in filiis legitimis sicut etiam cessat integra portio legitimæ, quia illis debita erat. Quod confirmari potest exemplo primogeniti mortui, & postea resurgentis. Nam etsi ius esset quodam secundo genito, ab illo tolleretur, & rediret primogenito; quia solum sub conditione ne vivat primogenitus illi est concessum; sic videatur dicendum in prædicto, quidem ius legitimis acquisitionis sub conditione, ne filius concubinae legitimetur.

17. Ceterum esti hæc sententia probabilis sit, tenenda tamen est in iudicando, & consulendo contraria. Tum quia communis. Tum quia fortioribus rationibus fulcitur. Teneremus complures referentes Tiraq. de primog. q. 34. num. 5. Et seqq. præcipue num. 43. Molina de primog. lib. 3. cap. 1. num. 7. Anton. Gomez. 4. 11. tauri. num. 64. Azot. 2. p. lib. 2. c. 13. que. 15. noſter Molina tom. 1. trad. 2. de iust. disp. 172. vers. merito. & alij apud ipflos. Ratio fundamentalis est, quia filius constante matrimonio, & minoribus natu genitis ius præstationis abolutè quæsum est, antequam sive concubinae legitimetur; quia prius fuerunt legitimi: sed subsequens matrimonium nequit hoc ius quæsumum tollere. Tum quia iuri quæsum nonquam intelligunt principes velle derogare, nisi clare exprimat. Tum quia legitimatio nonquam retrorahitur in prædicium alterius ex text. in §. licet igitur. Et §. 17. igitur licet. Athene, quib. mod. naturali, efficiunt legitimis, collat. 6. præcipue cum edat in prædicium matrimonii ante contracti, & filiorum, qui inde sunt geniti. Ergo filii concubinae non legitimatur quodam præstationem comparatione filiorum, qui ex priori matrimonio fuerunt geniti. Et confirmari potest aliquibus textibus adductis a Antonio Gomez, qui statu verisimilius hanc communem sententiam probant, primo ex text. in cap. si prole, de reſcriptis in 6. vbi si alicui mandatur prouideri de beneficio vacatu, & alteri patre beneficiū prouideatur, qui pendente conditione primi receptus est, hic secundus præferetur primo, etiam postea purgetur conditio, & recipiat, & hoc nulla alia ratione, nisi quia huic secundo est prius ius pue quæsum: sed filii, constante matrimonio genitis est prius ius præstationis, & successions in maioratu quodam filio concubinae qui solum est ius concessum sub conditione, quod matrimonium cum concubinae contrahatur. Ergo filii geniti constante matrimonio præferendi sunt filii concubinae. Secundo ex text. in cap. quæsumis, eodem sibi de reſcript. in 6. vbi si alicui esset gratia concessa de beneficio vacatu, & haec esset revocata, & alteri concessa, etsi postea primus esset ad gratiam restitutus, non præferetur secundo, cui est ius acquistum, quia debet intelligi restituunt sine prædicio tertius facitque textus in c. 3. Apostolice de præbend. in 6. Sed legitimatio est quodam natum restituunt ex dicto §. licet igitur. Athene, quibus modis naturales efficiunt legitimis, collat. 6. Ergo non debet intelligi cum prædicio illorum, quibus ius præstationis, & successions est quæsum. Tertio probat ex textu in leg. quies Cod. de rei vindicat. vbi habetur illum esse præferendum, in quo prius concutit traditio, & qualitas præstationis, sed in filii constante matrimonio genitis prius concutit qualitas legitimatis, & consequenter præstationis, & traditio. Ergo tandem probant Antonius Gomez, noſter Molin. & alij hanc sententiam ex ratione satis congrueni. Quia si filius illegitimus naturalis præferendus esset legitimis genitis, vxor prius legitima grauitate decepere esset, neque matrimonium celebraret, si id fieri posse intelligeret. Ne igitur hoc inconveniens decidamus, affirmandum est filium illegitimum concubinae, & subsequenti matrimonio legitimatum, à puncto conceptionis non legitimari quodam præstationem comparatione filiorum prius legitimorum, ob ius prius illis quæsum.

18. Ex his solutio fundamentum contraria sententia. Concedo subsequento matrimonio filii naturalibus antea genitis omnes qualitates, & iuri effectus concedi, qui filii legitimis conceduntur, nisi alii fuerint concessi: At quando filius concubinae legitimatur, iam est ius præstationis, & successions concessum in maioratu filii, constante matrimonio genitis, non igitur illi concedi potest, sed habetur, & si ex secundo matrimonio genitus esset. Quod autem adducitur de minoratione legitimæ, parum virget; tamet Basilium Legionem. conuincat, Quia filii maioribus ob legitimationem prius obtentam nulla

specialis, & determinata quota portionis debetur, sicuti debetur prælatio successions in maioratu. Sed illis debetur ea legitimis quæ ex hæreditate diuisa in omnes filios per regulares partes resultaverit. Vnde sicut filii postremo nati dici propriæ non possunt praesudicare filii prius nati in legitimis; quia noncum acquisierunt ius ad determinatam portionem, sic filii concubinae subsequendo matrimonio legitimatus, dici non potest in legitimis praesudicare filii prius legitimis. Quia ad hoc praesudicium sufficit, quod legitimis sit à puncto contracti matrimonii, ob eius legitimatio non retrorahitur ad punctum conceptionis.

19. Secundum, quod restat examinandum, est, an si matrimonium contrahas cum concubina in odium substitutum, cui maiorum est adiudicatur, casu quo sine liberis deceleris, filii concubinae ita legitimatur, ut substitutum excludant? Negi communis sententia, quam refert & sequitur Molina lib. 2. de primogen. cap. 5. num. 17. Ant. Gomez. l. 9. tauri. num. 8. Muentur, quia iustum non est, ut sic contrahens ex sua iniuriant, & malitia commodum reportet, & substituto damnum inferat, ob quam rationem monasterium, quod ob religio in gressum loco filii succedit, & substitutum excludat, ut probat Felin. in cap. in prefazia, de probationib. num. 36. Decius ibid. num. 56. Ant. Gomez num. 59. Molina n. 8. à successione excluditur, & substitutus præterit, si confiterit in odium substituti ingessum factum esse, ut fatis colligunt ex cap. consimil. vlt. 20. que. 3. vbi circumventi præmissionibus Episcopi, vel Abbatum consilium suscipientes, etsi in illo statu permaneant, debent, res tamen eorum non conuenti, sed hæreditibus restitutur.

20. Ceterum verius est oppositum, ut optimè defendit noſter Molin. trac. 2. disp. 172. vers. convarian sententia. Machach lib. 3. contraria. cap. 4. num. 5. Francie. Salmient. lib. 1. sicut. interpret. cap. 8. Basil. de Leon. lib. 11. de mar. cap. 11. num. 11. Ratio ea est, quia sic contrahens peccat in motu, & fine, quia matrimonio apponit, non tamen peccat in matrimonio contractu; cum talis contractus illi licetus sit, sed ex matrimonio proueniens legitimatio prolis, non ex fine, quem contrahens matrimonio apponit. Ergo ex illo matrimonio magis proles legitimata. Ergo exclusus substitutus. Neque verum est si contrahens ex sua iniuriant, & malitia commodum reportare, & damnum innocentis substituto inferre: siquidem excluso substituto non ex malitia contrahens, sed ex matrimonio contracto proueniens, in quo dico non potest contrahens malitiose procedere, cum utrū iure suo, tique licitum sit. Textus vero in c. confitit, loquitur de speciali, & diverso casu in ponant, inquit, prælati, qui turpe lucrum indudentes, aliquos ad religionem fallacis, & deceptionibus permontant pecuniam, quācum, huius dilecti monasteria hæreditate priuantur, quæ scena trahi nos debet ad contrahentem matrimonium, vel ingredientem religio nem ex odio substituti.

### S. III.

Qui filii illegitimi subsequenti matrimonio legitimantur.

- Filiis nati. Et concepti ex parentibus, inter quos matrimonio esse non potest, non legitimantur.
- Econtra ex hi habitatibus ad contrahendum preoccipi legitimantur.
- Si tempore copule parentes non fuerint inhabiles, etsi fuerint tempore nativitatis subsequenti matrimonio legitimantur filii.
- Si tempore copule inhabiles extiterunt, etsi tempore nativitatis fuerint parentes habiles, plures censem non legitimari filios.
- Contrariam est probabilitum.
- Dissoluuntur fundamenntum oppositum.
- Idem dicendum est de filio concepto. Et nato tempore, quo parentes inhabiles extiterunt, si dum fuit in ventre, placita extiterunt.
- Si solum ab uno parente impedimentum fuerit cognitum, plures censem non posse legitimari.
- Probabilitus est legitimari posse.

R Egula est filios natos, & conceptos ex parentibus, inter quos validè matrimonium contrahi non potest, subsequenti matrimonio non legitimari deciduntur in c. 3. t. 3. a. qui filii sunt legitimis, bi suscepit filii ex concubina viuente propria uxore, ut metu postea uxore mortua concubinam duxerit, non legitimantur. Et idem est de quolibet alio impedimento, si omnes dolentes, & ratio est manifesta. Nam matrimonio subsequens extenuat problemum antea suscepit legitimam redditus, quatenus ius fuit eo tempore, quo suscepit est, matrimonium est contractum, ut in impeditis impedimentoum ditimenter id singi non potest; quia matrimonio est illis impossibile. Ergo matrimonio subsequens non potest problem suscepit ex impeditis impedimentoum ditimenter legitimate.

<sup>3</sup> Econtra

2. Econtra filij suscepit ex habilibus ad contrahendum, qui-  
que vocantur filii naturales, & non spuriis, subsequenti matri-  
monio legitimantur, ut deciditur in dicto cap. tanta. & tradun-  
tis. Quapropter filii natus ex parente in minoribus or-  
dinibus constituto, & beneficium habeant, subsequenti matri-  
monio legitimatur; quia ordines minores, & beneficium non  
reddunt parentem inhababilem ad contrahendum, immo neque  
impeditum impedimentum exigente dispensationem, cum in  
eius potestate sit beneficio, & priuilegio ab ordinibus accepto  
priuare: sic alii relatis, Couart. p. de fonsal. cap. 8. §. 2. n. 5.  
Fachin. lib. 3. controver. cap. 12. Sayrus lib. 6. de irregular. c. 8.  
num. 17. Basil. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 2. num. 5. Deinde  
etiam parentes voto simplici castitatis ligati essent, cum si unum  
susciperint, non inde impeditur filius ad legitimacionem subse-  
quenti matrimonio; quia vere naturales est, & non spuriis, cum  
votum simplex castitatis non reddat inhabiles ad contahen-  
dum: & ita praez. relatos, §. 1. num. 1. docebat Basil. de Leon.  
lib. 11. de matr. cap. 2. n. 6. testaturque omnes doctores Sal-  
manticenses consenserunt. Praeterea ob eandem rationem filius  
suscipitur ex parentibus, qui ipsa filia futuro contraexerunt, à  
legitimacione per subsequens matrimonium non excludatur, quia  
spuria non reddit inhabiles ad matrimonium, ut supra dixi  
§. 1. n. 4.

3. Sed dubium est, an vir filius illegitimus à legitimacione  
per matrimonium impeditur, debeat esse conceptus, & natus  
eo tempore quo parentes sunt inhabiles ad matrimonium? Et  
quidem si tempore copula non fuerint inhabiles, esto tempo-  
re nativitatis inhabiles existerint, filius inde natus subsequenti  
matrimonio legitimatur; quia absolute non fuit ex inhabili-  
bus, sed ex habilibus conceptus. Ergo matrimonium in illud  
tempore fictione iuris reiectum filium legitimum reddit, quod-  
que latius colligitur ex textu in dicto cap. tanta. vbi ad impedimen-  
tam legitimacionem copula inter impeditos spectatur ibi: *si vir viuente uxore sua aliam cognoverit, &c.* Ergo stante copula  
libeta ab impedimentois filius subsequenti matrimonio legitimatur.  
Addit filium conceptum in iis que sua interfuerunt reputari  
oportum. *qui in utero, 7. ff. de statu hominum.* Sed si conceptus,  
& natus esset ex habilibus ad contrahendum, nemini est dubium  
subsequenti matrimonio legitimari. Ergo etiam legitimatur,  
cum solus conceptus est. sic multis relatis doceat Garcia  
7. p. de benef. cap. 2. num. 38. Basil. de Leon. lib. 11. de matr.  
cap. 3. n. 8.

4. At si tempore copulae fuerint inhabiles parentes, eo  
quod confanginei essent, vel vxorati, aliòve impedimentois  
ligati ad contrahendum, quod impedimentum tempore nativitatis  
filii cessavit, vel quia mortua est uxoris, quia dispensatio  
impetrata est. Non defunt doctores, qui sentiant subsequenti  
matrimonio legitimari non posse. Sarmiento lib. 1. select. cap. 5.  
Garcia de benef. 7. p. cap. 2. a num. 38. & alij apud ipsum. Mo-  
tecati praecepit ex leg. Paulus 11. ff. de statu hominum. vbi  
Iurisconsultus inquit, cum qui viuente patre, & ignorantie  
de conceptione filii conceptus est, licet post mortem aut natus sit,  
iustum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri. Ecce  
qua ratione tempus conceptionis, & non nativitatis inspicitur.  
Nam quia conceptionis tempore pater viuens in matrimonio  
filii non consentire, & iure ciuii matrimonium constituite non  
potest; eto tamen tempore pater habili filia fuerit ad con-  
trahendum, ut ipso sui iuris effecta, filius inde natus legitimus  
non videretur. Neque facit solario, quam tradit Couart. p. de  
fonsalib. cap. 8. §. 2. a num. 2. & Fachin. lib. 3. controver. cap. 50.  
circa finem, nempe illam filium legitimum non esse; quia non  
confat tempore nativitatis fusse inter eius parentes renouatum  
consentire, qui certè necessarius erat ad matrimonio valorem,  
cum praez. consensus insufficiens fusset ab ignoran-  
tia patris. Non, inquam, satisfaci. Tum qui praefumit  
adisse consensum post aut mortem. Tum quia si post aut mor-  
tem iste consensus non assuit, nec fuit validum matrimonium,  
ridiculum erat Iurisconsulti responsum. Ergo dicendum tempus  
conceptionis spectari. Aliae leges adducuntur in fauorem huius  
sententia: quia libens omittit; quia intentum non probant.  
Ratione vero subdit Sarmiento. De iustum (inquit) in coitu  
committitur, non in nativitate. Ergo nativitas inspicitur non  
est, praecepit cum leges nativitatem filiorum spectantes, non  
tam pro illorum legitimitate, quam pro coram libertate expé-  
dite sint.

5. Ceterum mihi probabilis appetit, filium conceptum  
ex parentibus inhabilibus, natum vero ex habilibus legitimum  
reddi matrimonio subsequenti: sic alii relatis Gregor. Lopez  
l. 1. tit. 13. part. 4. num. 3. Couart. cap. 8. §. 2. num. 2. Fachin. lib. 3.  
controver. cap. 50. Thom. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 7. num. 19. cap.  
dis. 3. 5. num. 47. Sayrus lib. 6. de irregular. cap. 10. n. 19. Basil. de  
Leon. lib. 11. de matr. cap. 3. n. 2. Molina tract. 2. de iustit. disp. 17. 2.  
n. 2. Guricci. tract. de matr. cap. 7. 2. a n. 6. Azo. p. in fisi. mor.  
lib. 2. cap. 13. qua. 8. & alij. Præcipuum fundamentum desumitur  
ex textu in dicto cap. tanta. qui filii fin legitimii, vbi non so-  
lum concepcionem, sed etiam nativitatem filii ab impeditis vi-  
detur specitasse, ne filius subsequenti matrimonio legitimare-  
tur, sed spurius remaneat. Inquit enim textus. *Si vir viuente*

*uxore sua aliam cognoverit, & ex ea protel suscepit, &c.* pro-  
les autem nativitatem suscepit. Ergo non solum conceptio, sed  
natiuitas spectatur ad legitimum impedimentum. Deinde pro-  
bati potest ex l. 5. ff. de statu hominum: ibi, *ingenui sunt, qui ex*  
*matre libera nati sunt suffici autem liberam suisse et tempore,*  
*qui nascitur, licet ancilla conceperit, & contrario si libera conce-  
perit deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur liberum*  
*nasci.* Ad idem est lex nuper. C. de naturalibus liberos: ibi, *in*  
*hunc modi questionibus, in quibus de statu liberorum est dispu-*  
*tatio, non conceptionis, sed pars tempus inspicatur,* & hoc  
fauore faciunt liberorum, ut editionis tempus statuamus esse  
spectandum, exceptis his tantummodo casibus, in quibus conce-  
pcionem magis approbat insanicum conditionis visitas expo-  
stular, contentis iis lex 11. Tauri, que est lex. 9. tit. 8. lib. 1. re-  
copil. ibi: *I: porque no se pueda dudar quales son hijos naturales,*  
*ordenamos, y mandamos que encores se digan ser los hijos*  
*naturales, quando al tiempo que nascieron, o fueron concebi-*dos sus padres podian casar con sus madres instantemente sin dispensacion.* Ergo ex hac lege, & ex aliis relatis constat manifeste, ut  
filius prius subsequenti matrimonio legitimari non possit, de-  
bere non solum concepi, sed nasci à parentibus toto illo tempore  
contrahere impeditur.*

6. Fundamentum aduersus partis facile putat Basil. Legion.  
lib. 11. cap. 3. num. 3. fine, dissolue, dum dicit illam esse  
specialem iuris dispositionem in illo casu, quando matrimonium  
sit sine parentum consenti, ut filii non sivecpi nuncquam quoad  
successione efficiant iusti filii, licet matrimonium validum  
fuerit. Sed hoc dictum maiorem difficultatem ingerit. Nam ad-  
misso validum esse matrimonium, inspecto iure ciuili, absque  
consensu parentum celebrato (quod videtur esse contra commu-  
nem sententiam, & contra expressum textum in l. 2. ff. de r. iuris  
nuptiar. lib. Nuptia confessare non possunt nisi confessant omnes qui  
coevi quorunque sunt in presentia.) Vnde constat filios ad  
successione rediti, si quidem texus negantur filios illorum;  
qui siue parentum consensu matrimonium celebrantur, ius-  
tissime nullam de successione specialem limitationem fecerunt.  
Quapropter retinenda est solatio Fachinici & Couarr. & ad eius  
impugnationem respondeo, illud matrimonium optime posse à  
filio mortuo parente non consensu celebrari. At quia de tal  
consensu non constitut; ea de causa dixit Iurisconsultus filium  
inde natum iustum non videri. Notanter dixit iustum non videri,  
quia non apparet non consensu non apparet iustum filium  
esse. Quod autem talis nouus consensus apparet non potuerit,  
inde colligitur. Tum qui constat post mortem parentes simul  
habitasse: bene enim poterat nasci filius absque cohabitatione;  
Tum quia nulla dotaria instrumenta adhaeruerat, que ad nouum  
consensum, & valorem matrimonij, inspecto illo iure, videban-  
tur requiri. Ad rationem respondeo, peccatum parentum adesse  
in copula, non in nativitate filiorum. At quia legitimatio filio-  
rum non est inducta in fauorem parentum, sed in fauorem ipso-  
rum filiorum; & matrimonij ea de causa quodlibet tempus, quod  
filii viri sunt, vel conceptionis, vel nativitatis inspicitur. Neque  
verum est leges pro sola libertate, & non pro legitimacione loqui,  
cum dicat lex nuper, & nostra lex Tauri, explesse de legitimatione  
loquantur.

7. Sed quid si filius conceptus sit, & natus tempore quo pa-  
rentes inhabiles ad contrahendum existerint, at aliquo inter-  
medio tempore, quo in ventre existit, habiles fuerint? Casus  
est contingens. Potes namque viuente tua uxore concubinam  
cognoscere, moritur vir, ecce habiliis ad contrahendum  
cum concubina; sed antequam si ius nascatur, cognoscis eius  
confangineam in secundo gradu, ob quod delictum impedi-  
tus est ad contrahendum. Filius ergo sic conceptus, & natus le-  
gitimabitur subsequenti matrimonio. Credo legitimari. Moneor  
ex l. qui in utero, 7. ff. de statu hominum: ibi, *qui in utero est, perinde*  
*est, ac si in rebus humanis esset constitutus, quando de commo-*dus eius agitur.* Sed si filius eo medio tempore, quo in utero est,  
& parentes eius sunt habiles nascetur, legitimus est matrimonio  
subsequente. Ergo etiam legitimus est consensus, esto tunc  
non nascatur. Deinde filius ancilla libertatem obtinet, si eius  
mater tempore conceptionis, vel partus, vel dum illum in ven-  
ture habuit, libertatem obtinuit. §. 1. inst. de ingenuis. Ergo idem  
dicendum est de legitimato ob matrimonium subsequentum, cum  
sit eadem ratio, nempe fauor filiorum; & ita tenet Basil. Legion.  
lib. 11. de matr. cap. 3. n. 9.*

8. Major dubitatio videretur esse de filio concepto, & nato à  
parentibus impeditis contrahere, quod impedimentum ab uno  
salem ex parentibus ignorabatur, an, inquam, talis filius sub-  
sequenti matrimonio legitimus reddatur? Negare grauissimi  
doctores, si post alios antiquiores, quos referunt Couart. 2. q.  
de fonsal. cap. 6. §. 2. num. 17. & 18. Francisc. Sarmient. lib. 1. se-  
lect. cap. 6. Fachin. lib. 3. controver. cap. §§. Garcia de benef. 7. p.  
cap. 2. num. 33. Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 1. num. 11.  
nostrae Molina tract. 2. disp. 17. 2. in med. vers. dubium deinde est.  
Ioann. Guricci. tract. lib. 2. qua. 8. 10. 10. num. 9. & alij. Monenter  
primo, quis in cap. ante. qui filii sunt legitimis, nulla sit distinc-  
tio de bona, vel mala fide, sed absolue diciunt, non legitimari  
filium conceptum ex aliena, viuente uxore propria. Sa-

cundo cum quis dat operam rei illicitae, non inspicitur eius opinio, sed rei veritas. leg. cum qui nocentem. §. si iniuria ss. de iniuris, leg. aut qui alter. §. se quis dum putat. ss. quod vi, aut clam. cap. inebriauerunt. 15. quest. i. principium cum non agitur de imputatione culpe, aut peccati; sed de effectu inde subsequuto: sed mulier soluta dum se parit cognosci, operam dat rei illicitae. Ergo illius opinio, quod non adesse inter ipsam, & vitum impedimentum, inspicienda non est, sed rei veritas, quod fuerint ad contrahendum impediti, & confirmat Facheinus ex text. in cap. cum inhibito. §. se quis vero de clandestina desponas. vbi statuit filios natos ex clandestino matrimonio in gradu prohibito contracto, licet ignoranter, legitimos non esse. De parentum ignorantia (inquit textus) nullum habitura subfusidum proles, dum illi taliter contrahebendo non expertes scientia, vel sicutem affectatores ignorante esse videantur. Ecce quia coniuges fuerint in culpa clandestine contrahendo, eorum ignorantia non inspicitur: sic in praesenti cum mulier se cognosci permittat contra canones, & diuinas leges, eius ignorantiae de impedimento non est habenda ratio. Et hinc solutus textus in cap. ex tenore, qui filii sunt legitimis, qui in contrariis videtur facere, vbi filii nati ex matrimonio iugalido, ab Ecclesia tamen approbato, legitimis sunt, quia ibi nullam culpam parentes commisérunt filios generantes; fecus in nostro calu, vbi grauerit se cognoscendo peccauerunt.

9. Nihilominus contraria sententia, tanquam matrimonio, & filiis favorabilior, amplectenda est: cum Glossa in cap. tanta, qui filii sunt legitimis, verbo altam. Surdo conf. 303, num. 20. lib. 2. Gratian. dispens. forens. cap. 8, num. 22. Basili. & Leon. lib. 11. de matr. cap. 2, num. 8. & alii pluribus relatis ab Anton. Gabr. de legitimis. cap. 1. consol. 2. & Facheino. & Couart. loc. citatis. Et probatur, quia posita ignorantia inquinabili impedimenti, saltem ex parte viri coniugis, comparatione illius illa copulam habet speciem intemperanzie, non incestus, adulterii, aut sacrilegii. Ergo comparatione illius filius genitus naturalis est, non spurius. Ergo legitimatio matrimonio subsequenter poterit. Et licet in cap. tanta, nullam fecerit Pontifex expressam mentionem de mala fide parentum se coniungentiam viuente propria uxore, id fuit, quia necessitatem non erat; semper enim mala fides in tali copula praetulerit, dum contrarium non probatur. At si supponeret Pontifex bonam fidem, & ignorantiam impedimenti, aliud resoluere argum. textus in cap. ex tenore, qui filii sunt legitimis. vbi sola fides viri coniugis contrahentis cum impedimento dirimente, sufficit, vt filii inde natu legitimi habeantur. Ergo etiam sufficit ad problem bona fide conceptam legitimandam. Nam si matrimonium illud contrahetur tempore quo copula illa fuit habita, bona fides viri coniugis sufficeret ad legitimam reddendam problem. Ergo etiam sufficeret matrimonium postea contractum, quia fictione iuris, & in favorem prolis retrotrahitur. Neque vila habenda est consideratio, quod culpa in coniunctione fuerit commissa: quia non fuit commissa culpa in coniunctione impidente legitimitatem; si quidem nulla scientia impedimenti habita est.

Et ex his solutum manet primum, & ultimum argumentum contrarium. Ad 2. adminto in dante operam rei illicitae non spectari opinionem, sed rei veritatem in iis, quae ex ipso opere illicito formaliter, hoc est quatenus illicitum est, oriuntur. Seclus in iis, qua ex illo opere materialiter illicito proueniunt. Cum ergo ex illa copula fornicatio, inquinabiliter tamen ignorata, inchoata, vel adulterina, non nascatur quod opinione commitmentum filii adulterini, vel incestuosi, sed naturales; efficitur sane subsequenti matrimonio legitimari posse. Ad confirmationem ex textu in cap. cum inhibito, respondet esse longe diuersam rationem. Tum quia ibi matrimonium non est ab Ecclesia approbatum, ac proinde non habet vim legitimandi problem suscepit. Tum quia illa ignorantia impedimenti non ceaseret à iure inquinabili, sed potius crassa, & affectata, ideoque non excusat.

#### S. IV.

Qualiter rescripto principis filij illegitimi legitimati possint.

1. Rescripto principis filij legitimantur.
2. In quo has legitimatio, ab ea qua sit per matrimonium, differat.
3. In quo differat à dispensatione.
4. Non solet concedi hac legitimatio cum praedictio filiorum legitimorum.
5. Naturaliter filiorum legitimatio antea concessa videtur renocata.
6. Excipe, nisi princeps contrarium velit.
7. Filius legitimatus hoc rescripto non potest à parentibus moriar.
8. Successit non solum parentibus, sed aliis consanguineis.
9. Transi in piam patrem posse.

10. Legitimatio rescripto principis facultaris, vel Ecclesiastici, quando omnia ea, qua talis princeps potest.
11. Legitimatio non tam ex potestate ad aquata dispensatio, quam ex integra natalium restituzione desumenda est.
12. Restitutio ad omnes iuris canonici effectus est vera legitimatio canonica. & restitutio ad omnes iuris civilis effectus est legitimatio ciuilis.
13. An si princeps legitimet cum aliqua restrictione, consequitur dispensatio, vel legitimare? Negant plures esse legitimacionem.
14. Probabilis est legitimationem esse.
15. Solvuntur opposita fundamenta.

1 R Egula ab omnibus doctoribus recepta est, rescripto principis, hoc est eius indulgentia, & concessione illegitimos filios, legitimatos reddi: cum enim legibus ab ipsorum principiis sint redditus illegitimi, id est inhabilitas ad successionem, officia, beneficia, muneraque alia reipublice, cuiusdem principis beneficio habiles reddi possunt, atque adeo legitimati.

2. Differt autem haec legitimatio ab ea, qua per matrimonium fit multipliciter. Primo namque legitimatio per rescriptum principis extendi potest, ut videbimus, tam ad filios naturales, quam spurious; cum tamen legitimatio per matrimonium filii naturalibus concedatur. Secundo legitimatio per rescriptum non letat ad omnes inhabilitates extendi: cum enim alii inhabilitates sint iure Pontificis introductas, aliae iure ciuili. Si rescripto principis Ecclesiastici filius legitimatur eius legitimatio non extendit ad inhabilitates iure ciuili introductas. Econtra si rescripto principis facultaris fiat legitimatio, nequam ad inhabilitates iure Pontificis introductas extendit. Quia non potest exodi ad id, quod extra eius est potestem. At legitimatio per matrimonium omnes inhabilitates tam ciuiles, quam canonicas integrat tollit, redditque filios legitimatos, ac si constante matrimonio conceperit, natusque essent.

3. Praeterea legitimatio differt à dispensatione: in eo quod dispensatio est circa effectus; est enim concessio alienus effectus illegitimi denegari; at legitimatio est circa personam; est enim persona habilitatio, & incapacitatio sublatio. Ex quo si dispensationem eam habilitatem habere, que ex verbis dispensationis strictè intellectis colligitur, at legitimatum per omnia legitimis adquiritur, nisi ei expresse contradicatur. Azt. 1, inq. lib. 2, cap. 14, quest. 2. Vnde legitimatus rescripto principis facultaris in bonis parentis, & aliorum consanguineorum succedit, potestque agere querela, inofficio testamenti, in quo exheredatur, & dicere esse nullum testamentum, in quo preteritur, eo modo ac si legitimatus esset, vt patet in Anton. quibus modis naturales officiantur sui. §. ex quoniam varis, & reliquis & aliis colla. 7. & pluribus exortat Anton. Gomez. l. 19. tunc. num. 66. Couart. 2. p. de spofal. cap. 8. §. 8. num. 2. Molina Ista sua tract. 1. disp. 17. vers. legitimatus. Excipe, nisi cum ea restrictione legitimatio concedatur, vt possit succedere in eo quod patet ei telquerit: tunc enim conqueri non potest se praetinet eis.

4. Excipe secundo, vt non censeatur legitimatio concedi cum aliorum legitimorum praedictio: sic late, & optime expandit noter Molina dicto tract. 1. disp. 17. Quocirca legitimatus principis rescripto non succedit in maioratu, neque in feodo, quod ad extraneos deuenire non potest, neque in legitima stantibus filiis legitimis, nisi expresse concedatur cum clausa derogatoria.

5. Quod si antequam filios legitimos habetas, obtinet rescriptum principis pro legitimatione filii naturalis, naturaliter filiorum legitimorum videatur legitimatio renocata; quia censetur sub hac conditione concessa, ne filii legitimis praedictum fiat, ea enim de causa stantibus filiis legitimis legitimata obenta pro filiis naturalibus subreperta commisetur, si legitimatum mentio facta non sit; quia non praesumitur, velle principem filii legitimis praedictum, quando non exprimit. At idem praedictum sequitur, si filii legitimis postea nascantur. Ergo non est censendum principis in illo calvo legitimatione concedere. Adde nativitate filiorum donationis parentis extraneis facta renocatur. Ergo etiam beneficium legitimatis renocari debet; quia est quedam principiis donatione, & parentis in ilam concessus. Tandem pro hac parte est expresa dictio, leg. taun. 12. quest. 10. tit. 8. lib. 5. compilat. & ita tradit. Anton. Gomez. ibi. num. 68. Matienzo l. 10. tit. 8. lib. 5. compilat. gloss. 2. in fine. Aduerunt tamen supradicti doctores, non renocari legitimatiosem concessum filio illegitimo nativitate filiorum legitimorum quod honoris, & dignitatis patris, & quod successione agnitorum; & cognitorum.

6. Verum si princeps selcas patrem habere filios legitimos legitimationem spuriu concedit, vt vere concedere potest; quia in eius potestate est conditions à le inducetas pro legitimatione facienda abrogare, & legitimas filiorum diminuere, vel legitimationem concedit sub expressa conditione, vt firma

maneat, tametsi legitimus nascatur, filius legitimatus patri succedit, & quod ac alii filii legitimi, ut communiter doctores affirmant, quos sequitur Greg. Lopez l. v. s. 15. f. 4. in fine. Eman. à Costa in l. Gallus §. 6. quid si unum, part. 2. concl. 2. à n. 131. Anton. Gomez l. 9. tauri. n. 67. Mancienzo l. 10. rit. 8. lib. 5. recipil. gloss. 2. n. 2. Molina dis. 173. in media.

7. An vero filius legitimatus possit à parente meliorari? Credo cum communis sententia nequam posse; neque in eo maiorum instituti; & eo quod Auben. quibus modis naturales efficiantur sui. & quoniam varie. & l. v. s. 10. Cod. de naturali, liberis. exp̄lē dicatur non posse sic legitimato maiorem portionem reliqui ca. que aliis legitimis relinquit. Et licet supradictæ leges loquuntur in legitimo per oblationem currit, idem est dicendum in legitimato per scriptum principis; cum in eadem ratio, & tradit pluribus firmans Molina lib. 2. de Hispano primogen. c. 1. à n. 17. noster Molin. tr. 2. dis. 173. vers. viii. autem.

8. Ritus legitimatus scriptio principis succedit non folium patenitibus, sed etiam aliis ascenditibus, & agnatis, quia comparatione omnia est factus legitimus, habetur. Authent. quibus modis naturales efficiantur sui. & si quis ergo filios. vers. quapropter. & l. g. 12. tauri. Neque oblitus in s. filium eadem Auben. dicti filium per eiusmodi causam factum legitimum, ipsi soli genitoris legitimatum esse: quia est expressa limitatio pro legitimatione per oblationem curiae, ut constat ex illis verbis per manusmodi ensam. &c. & ita tradit Gregor. Lopez leg. 7. v. 5. part. 4. Anton. Gomez leg. 9. tauri. num. 69. Courat. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 10. num. 2. Molin. sp. 173. vers. item legitimatus.

9. Dicendum legitimatus scriptio principis in patrem potest transit, sicut filius legitimus; habetur §. generalis, autem quibus m. o. t. nat. alios efficiantur sui. & tradit Cour. dicto c. 8. §. 8. n. 5. Quod si de legitimato à Pontifice loquuntur, habili est perinde ac legitimus ad ordines, & qualibet alia beneficia, ita ut si plura beneficia obtineat, non sic obligatus illegitimatus habet mentionem facere; que hac iam est beneficio principis omnino sublatu: Courat. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 8. n. 5. Mol. dis. 173. circa finem.

10. Sed est dubium, an legitimatio per scriptum principis secularis, vel Ecclesiastici sit vera legitimatio, an solum dispensatio. Et ratiō dicitur ista: quia hac legitimatio tolluntur omnes inhabilitates ex naturalibus prouenientes, sed ex tantum, que sub illius principiis potestantur, v.g. si est legitimatio contra Pontificis, tolluntur inhabilitates ad ordines, & beneficia, non ad successiones. Et econtra si est legitimatio concessa à seculari principe non tollit inhabilitates ad ordines, & beneficia. Ergo illa legitimatio non est vera legitimatio, cum non tollat omnes naturalis defectus, sed est in defectu naturalium dispensatio. Alijs sic legitimatus patrum legitimus, & illegitimus maneret; quod est absurdum.

Proprius hanc ratione Antonius Gabr. de legitimat. conclus. 8. confit illam dici veram legitimationem, que illegitimis restituuntur ad omnes effectus possibilis ac legitimante, illam vero esse de penitentiis, quia ad aliquos tantum effectus restituuntur, cum possit ad plures. Quocirca quia princeps secularis solum potestat habet ad temporalia legitimandi, si haec potestare viens ad omnia temporalia illegitimum restituit, vera est legitimatio; tametsi ad spiritualia non legitimetur, at si eius potestatem restingat, & non ad omnia temporalia, qua potest, legitimum reddat; non est confenda illa restitutio legitimatio, sed dispensatio.

Vtum ex hac doctrina manifeste infertur sic legitimatum patrum esse illegitimum, partim legitimum, cum ex parte solum sit naturalibus restitutus. Item sequitur habentem potestatem dispensandi cum illegitimis a iordines minoribus & beneficia simplicia, qualem habent Episcopi, posse legitimatum, si integrum sua potestate virat, quod est inadquatum.

11. Quare dicendum ex istimo legitimationem non tam ex potestate adaequata dispensantis, quam ex integrâ naturalium restitucionem desumendam esse. Illa ergo erit legitimatio, qua illegitimus restituuntur ad omnes iuris effectus.

12. Sed quia duplex est ius, aliud civile, aliud canonicum, duplex est legitimatio, alia ciuilis, alia canonica. Molina tract. 2. de iust. dis. 173. circa finem. Qui ergo ac omnes iuris canonici effectus fuerit restitutus, legitimus canonice erit; qui vero ad aliquos, tantum erit dispensatus: si qui fuerit ad effectus iuris ciuilis restitutus, legitimus ciuiliter erit; qui vero ad aliquos, dispensatus. Quod si virgines. Ergo stare optimè potest, esse aliquem partim legitimum, partim illegitimum; cum possit esse ad canonici iuris effectus restitutus, manent inhabilis ad effectus iuris ciuilis; aut econtra? Respondeo id non esse inconveniens, cum comparatione diversorum iurium fiat: & ita tenent se omnes doctores in discussu referendi, superponentes principem secularium verè legitimate posse; tametsi folium redditat habilem illegitimum ad temporalia, pluribusque comprobant Courat. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 8. n. 4.

13. Sed est dubium; an vera sit legitimatio, qua princeps te habilem facit simpliciter, vel ad temporalia, vel ad spiritu-

tuslia, aliqua tamen restrictione apposita; v.g. Princeps secularis te habilem reddit ad omnia ciuilia, ita ut inde prauidicium filii legitimis non proueniat, vel concedit successionem, si pater voluerit, vt tu illi succedes. Item Pontifex te habilem reddit ad ordines, & beneficia, ita ut Episcopus proprius non contradicat, estne haec legitimatio, aut dispensatio?

Negant haec esse legitimationem Antonius Gomez. l. 9. tauri. num. 70. & plures ab eo relati. Mouentur; quia legitimatio est naturalium restitutio ad omnes effectus iute canonico, vel ciuilis illegitimis denegatos: sed princeps legitimationem cum illa restrictione concedens non te restituit ad omnes effectus denegatos; si quidem non te restituit casu quo prauidicium tertio fiat, neque ad successionem necessariam. sed voluntaria patris, neque ad beneficia, & ordines Episcopo contradicente, cum tamen vera legitimatio nullam horum limitationem dicat. Ergo illa restitutio non est legitimatio, sed dispensatio. Et confirmari potest, si te princeps ad successionem agnacum, & non patris, habilem reddeter, & Pontifex te capitem constitueret ordinum, & beneficiorum, nequam legitimatus esses in naturalibus, sed solum dispensatus. Ergo etiam dispensatus es, & non legitimatus, cum te habilem constituit princeps ab olate supra dicta restrictione apposita, quia virtute illius restitutio te habilem reddit ad vos effectus, & non ad alios: deinde non potest fieri arrogatus, & adoptatus ad certum tempus; quia id adoptioni repugnat, ex testu in l. s. tibi ff. de adop. ergo neque ad certum tempus legitimatus. At ex appositione illius restrictionis conferis ad certum tempus legitimatus, quia confers legitimatus, dum non est tertii prauidicium, vel Episcopū contradicit. Ergo, &c.

14. Nihilominus probabilius censeo appositionem supradicta restrictionis non impide legitimationem, sic alii relat. Courat. 2. p. de sponsalib. cap. 8. §. 8. num. 1. Molina de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 38. affirmans pro hac parte in supremo Castellae Senatu esse iudicatum. noster Molina tract. 2. de iust. dis. 173. vers. subiunct. doctores. Basil. Legionem, lib. 11. de matr. cap. 4. num. 3; Mancienzo. l. 10. rit. 8. lib. 5. recipil. gloss. 1. n. 5. Ratio ea est quia apposita illius restrictionis non impedit legitimatum habilem esse ad omnes effectus iute denegatos; sed solum impedit ne illa habilitate virat, dum est prauidicium, vel contradictionis. Alias si ex sola illa restrictione legitimatio impeditur, nulla ferè legitimatio in regno Castellae fieret, liquidem Carolus V. l. 21. rit. 2. lib. 6. noua compil. & Philippus II. l. 20. rit. 11. lib. 2. iusdem compil. statuant filios illegitimos scriptio principis legitimatos non gaudere nobilitate illa parentum ( quam bid. sigilum vocare ) nisi eam seculata legitimatio habeant, aut exp̄sē in scriptio concedatur. Potest ergo legitimatio concedi absolute, & effectus illius aliqua ex parte impediti.

15. Et ex his voluntur rationes oppositæ. Dico ergo legitimationem habilem legitimatum reddere ad omnes iucunditionem. Quod vero sub aliqua conditione haec habilitas concedatur, non destruit veram legitimationem, que in habilitate persona sita est. Ad confirmationem nego ex tali restrictione te constitui habilem ad aliquos effectus, & non ad omnes. Ad omnes namque es constitutus dependentes ab aliqua conditione. Ad secundam confirmationem nego legitimationem pro limitato tempore esse, sed absolute pro omni tempore, sub illa tamen conditione.

### §. V.

Qui possint legitimationem concedere.

1. Solus supremus princeps potest legitimare.
2. Ex speciali commissione sapienti inferioris legitimationem concedant.
3. Ex potestate concessa legitimandi non est potestas concessa legitimandi ad feuda, & maioratus.
4. Pontifex in spiritualibus omnies legitimare potest, in temporalibus sibi subditos.
5. Dispensando in radice matrimonij quolibet Pontifex legitimare potest.
6. Quia requirantur pro certo ad hanc legitimationem.
7. An sancte matrimonio nullo posset Pontifex te legitimum reddere? Negant plures.
8. Verius est oppositum.
9. Ad hinc inhabilitatem tollendam non est opus; quod parentes volunt, & denuo contrahant.
10. Valeat hac legitimatio, est in aliorum cedat prauidicium.
11. An ex illa clausula in dispensationibus apponi solita, problem, si que est, legitimam decernendo, legitimetur proles non solum quod spiritualia, sed etiam quod temporalia? Negat Sanchez, & alij.
12. Verius est oppositum.
13. Satisfit cuidam obiectio.
14. Constatuerunt Pontifex legitimare problem, si matrimoniorum habent, vel in illo perenerare concedat? Affirmant respondeo, esto contra alij teneant.

15. Probas

- 15 Proles sic legitimata succedit in maioratu.  
 16 Excusus à maioratu, quia se facerit initiauit, si ex dispensatione contrahat matrimonium, in maioratu succedit secundum aliquos.  
 17 Sub distinctione responderetur.  
 18 Principes temporales solum in temporalibus legitimare subditos possunt.  
 19 Ad ius patronatus bene possunt legitimare, sed indirecte.

**C**esta conclusio est ferè ab omnibus recepta, solum supremum principem, quiq[ue] in temporalibus, vel in spiritualibus superiorum non recognoscit, legitimare posse; quia filius ille est, qui iure abrogare potest, & impedit ne habeant effectum, atque ad eo iure in habiles habere reddere. Abbas in cap. per venerabilem, qui si jij sit legitimatum, n. 23. Basil. de Leon, lib. 11. de matr. cap. 5. n. p[ro]m. Mol. tom. 1. de iust. r[ati]o 2. dispu[ta]t. 173. verb. legitimare. Azor. 2. p. n[on]f[aci]l. lib. 2. c. p. 14. quas. & alij passim. Ex quo sit solum Pontificem in spiritualibus hanc potestitatem habere; quia filius ille iura illegitimataris iure canonico in iurisdictione abrogare potest. Secundo sit in temporalibus quemlibet principem supremum eam potestatam habere. Vnde non solum Imperator & Rex, sed etiam alii principes supremi, qui leges condere possunt, & conditas abrogare, hanc potestatem legitimandi in suo dominio habent. Basil. lib. 11. de matr. c. 5. num. 15.

Interioribus tamen iure concessa non est haec potestas. Nam etsi Episcopis datum sit posse illegitimos habiles reddere ad ordinates minores, & beneficia simplicia; quia tamen non est illis concessum posse eos habiles reddere ad omnes iuris canonici effectus; ea de causa curum habilitum non legitimatur, sed dispensatio nancipatur. Molina. Azor. & Basil. Legion. supra. Et idem est quod ciuilia de aliquibus magistris.

At ex speciali commissione a principe supremo s[ecundu]s inferiorum legitimacionem concedunt. Quia cum haec potestas sit iurisdictionis, & competit principi utre ordinario, optimè potest ei cui placuerit delegare. Ipsi vero inferioris adiutori dant, ne limites concessionis excedant; sapè enim illis potestas ad dispensandum conceditur, non ad legitimandum, & ex potestate ad dispensandum non inferius potest legitimatum, quia potior est. Courau. cum communis sententia 2. part. de sponsalib. cap. 8. §. 8. num. 6. Molina disp. 173. vers. obseruanum est. Ex potestate tamen legitimandi bene inferius potestas dispensandi concessa. Nam tamen haec potestes diversa sint, at potestas dispensandi in potestate legitimandi includitur; qui enim simpliciter potest illegitimum habilem reddere ad omnes iuris effectus, a fortiori poterit ad aliquos reddere habilem. Sic Molina supra. quamvis Courau. numer. 10. contrarium videatur sententia.

3. Præterea ex potestate tibi simpliciter concessa legitimandi, non inferius data potestas legitimandi ad feuda, & maioratus; sic Courau. num. 6. vers. obseruanum etiam est. Quia ex illa potestate solum potes simpliciter legitimare, sed legitimatus simpliciter rescriptio principis non est habili ad feuda, & maioratus, vt tener communis sententia in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & postib[us]. Ergo neque tu potestis ad feuda, & ad maioratus legitimandi. Ob candem rationem ex eadem potestate simpliciter concessa legitimandi, nequam potest legitimare stantibus filii legitimis; quia illa potestas non extendit amplius, quam simplex legitimatio; at hoc locum non habet stantibus filii legitimis. Ergo neque illa potestas. Quapropter ut potestas legitimandi locum habeat, sicut aliorum legitimorum praedictio, id clara explicari debet, sicut illa clausula generali, qua tibi concedetur plena, & libera legitimandi facultas. Basil. Legionen. lib. 11. de matr. cap. 5. in fine. Verum tibi potestas concedatur legitimandi solum ipsi potestis & filias legitimare. Quia sub nomine filii & filia in favorabilibus comprehenduntur, & potestas legitimandi, ut potest beneficiis principis, & non contra ius, late cit interpretanda. Courau. dictio. c. 8. §. 8. n. 7. Mol. dictio. disp. 173. vers. obseruanum etiam.

Restat ergo examinare qualiter Pontifices, alique principes supremi hanc legitimandi potestatem exercere possint?

4. Quia in re Pontificis sine dubio illegitimus legitimate potest in spiritualibus ad ordinates, & ad beneficia. Nam cum ab ipso Pontifice ius reddens illis inhabiles ad ordinates, & ad beneficia statutum sit, ab illiusque voluntate pendeat; potest quos maluerit ab eo iure eximere. In temporalibus autem solum temporales sibi subditos legitimare potest, quia Pontifices (vt ex communis sententia constat) non potest per se, & directe leges superniores principum tollere, & illarum efficaciam in sibi non subditis minuere. At si causa gravis intercedat ad bonum spirituale pertinens, bene potest Pontificis illam legitimacionem concedere; quia tunc iurisdictione temporalis spirituali subiicitur, & ex spirituali iurisdictione, quam ad gubernandam Ecclesiam habet, poterit legitimare propter quod temporalis, quando huc gubernationi necessaria est. Constat haec doctrina ex cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimati, & ibi glossa, & doctores; & tradit Courau. 2. p. de sp[irit]ual. c. 8. §. 8. n. 15. p. 18. Mol.

de Hispanor. primos. lib. 3. c. 2. n. 11. nosfer Mol. tr. 2. de iust. lib. 173. in prim. Basil. de Leon. lib. 11. de matr. c. 5. n. 6. Sanchez lib. 8. de mair. disp. 7. n. 1.

5. Controversia ergo est, an dispensando in radice matrimonij, potest Pontificis illegitimum legitimare reddere, nec solum ad spiritualia, sed etiam ad temporalia. V.g. natus es in Hispania ex paternibus impedimento ligatis, potest ne Pontificis te legitimare reddere ad honores, & bonorum successione modo; ac si ex uno matrimonio genitus esses?

6. Et quidem si nullo, nec facto matrimonio existente genitus es, neque tui patentes matrimonium continabus, nequam potest Pontificis te legitimare ad temporalia reddere, quia cessante matrimonio cessat radix, ex qua legitimatio orum habere potest, esseque legitimatio directe quod temporalia, que Pontificis concessa non est: sic ex omnium sententiis testatur Sanchez. lib. 8. de mair. disp. 3. n. 13. & 7. Secundo est certum, si genitus es ex matrimonio nullo, ob impedimentum a Pontifice indisponibilis, scilicet quia non fuit confessus, quia vero prima viuebat, nequam legitimari potes; quia non potest Pontificis nullitatem illius matrimonii tollere, & consequenter nec matrimonio radicem legitimacionis honestate. sic Sanchez. lib. 8. & 10. Basil. de Leon. lib. 11. de matr. cap. 5. num. 8. quod bene limitat Sanchez dictio n. 10. quando impedimentum est certum, fecus si dubium fuit; quia in dubio non est spoliandus Pontificis possessionis potestatis, quam haberat dispensandi. Tertio certum esse deber illegitimos sputios subsequenti matrimonio legitimari possit, si id Pontificis concedat; sic enim Pontificis illegitimos naturales legitimos reddit matrimonio subsequenti, sic potest illegitimos sputios. Quod ergo per legem statu potest, potest & aliquis casu speciali decerni, & tradit Rota apud Basil. Legion. lib. 11. c. 5. n. 1. decisi. in medio. & etiam in 1. in medio, & apud Gare. 7. p. de benef. a. 2. & n. 40. Sed non est credendum id fieri, nisi clare constet, cum sit derogatio communis iuriis statui in i. tanta, qui sij sunt legit.

7. Quare duplex est dubitatio. Prima, an Pontificis potest matrimonio nullo a quo genitus es, removere illegitimationem, & consequenter omnes inhabilitates, quia a iure canonico, & ciuilis tibi proueniunt? Negat Molina 1. 3. de iust. lib. 173. cap. 3. & alij relati a Sanchez. lib. 8. de mair. disp. 7. n. 3. fine. vñ rebus ex addit. nouarii cors 2. tit. qui sij sunt sij. at fuit. Gregor. XII. mens. Novemb. 1. 84. negat haec dispensationem sibi petitanam, addidisse que non potest. Moxenius, quia Pontificis non potest facere, quod matrimonium illud invalidum, ex quo genitus es, non fuerit invalidum, & consequenter quod ex illo non fueris genitus illegitimus, inhabilitateque illegitimationis non contraxeris. Sed haec inhabilitates non solum proueniunt a iure canonico, sed etiam a ciuilis in quo Pontificis vel potest habere. Ergo neque habete potest possecum id te legitimandum. Et confitmo, si absque vi matrimonio ex copula fornicaria natus es, non potest Pontificis te legitimare reddere ad temporalia; quia iure ciuilis illegitimus sicut es, & inhabilis. Ergo neque potest, cum matrimonium intromel. Quia eti illius matrimonium, ac non esse matrimonium, prout reputari debet.

8. Ceterum verius est, posse Pontificem in supradicto casu legitimare tam quod spiritualia, quam temporalia, honores, & successiones: sic alii relati Courau. 1. 2. & sponsalib. cap. 8. §. 8. num. 13. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 2. v. 12. Sayrus de fons. casum. 1. lib. 6. de irregularitat. 10. n. 27. & cap. 11. num. 6. Sanchez. innumeris relatis, lib. 8. de mair. disp. 7. n. 4. Basil. de Leon. lib. 11. cap. 5. num. 9. Garcia 7. p. de benef. cap. 2. n. 42. & 43. Ratio fundametalis est sicut quis licet Pontificis facere non potest, quod matrimonium illud, ex quo genitus es, in invalidum non fuerit; at potest effectus ex illo prouenientes omnino tollere revocando illam legem, quia tale matrimonium irritum fuit, ac si nunquam edita fuisse, quod constat ex clement. unica de immunit. Ecclesiast. vbi Clemens V. recordat quadam predecessorum constitutiones etiam quod effectus antea productus: ibi quidquid ex eis subsequuntur sicut ex eius penitus revocamus, & ius habere volumus pro infra: (ed r[ati]o ex p[ri]ceps effectibus illius iuris legis, & sublata per dispensationem illegitimatione, quam tibi illius matrimonium ollen reliquit, perit omnis inhabilitas tam iure canonico, quam ciuilis inducta; quia in illegitimatione illius matrimonii fundatur). Hincque ratio contraria soluta manet. Ad confirmationem respondeo, cum es illegitimus, ex quod nullo existere matrimonio sis genitus, nequit Pontificis te habilem reddere ad temporalia; quia illa illegitimitas non est solum iure Ecclesiastico inducta, sed ciuilis, in quo non potest Pontificis dispensare, ex quo provenient ex matrimonio irritu, immediatè ex solo iure Ecclesiastico habent, cum solum ex illo habebat matrimonium esse irritum. Quare dispensante Pontifice in radice illius matrimonii tollit a te illegitimationem, & consequenter omnes inhabilitates in illa fundatas: in tantum enim ius ciuilis te inhabiliter ad honores, & successiones facit, in quantum ex matrimonio irritu, & nullo fueris illegitimus; at sublata tali illegitimatione cessant inhabilitates iure ciuilis inducit.

<sup>9</sup> Ex quo fit ad hanc inhabitatem tollendam superuacan*ū* effe, quod tui patentes vivant, & denuo matrimonium conti*ū* han*ū*; quia non sis legitimus per matrimonium denuo const*ū*endum, sed per dispensationem in radice matrimonii cont*ū* han*ū*, & remotione illegitimitatis inde prouenientis. Quare etiam si tu patentes mortui sint, haec via legitimari potes; sic Mol. Hispanor. primogen. lib.3, cap.9, 12, fine. *Satyrus lib.6, de irregulat. c. II. n.6.* danch. pluribus relatis dicta dis*ū* 7. n.6. Basili. lib. 1.4.5. n.10. quimvis contra sententia Iohani. Gutierrez. de matrim. 6.7.4.10. motus ex facto Gregor. XI. In negatis hanc dispensationem; si cu*r* responderem possumus, tum de illa negatione non fas confite, tum quia fortè ab eoque causa legitima ei percebat dis*ū* sonio. & isteo dixi te illam concedere non posse.

dispenso, & idem dixit illam concedere non posse.  
15 Hinc fit validum esse hanc legitimationem, etiam si in  
aliorum cedat praetudicium; quia praetudicium alii prouenient  
impedit non potest facultatem Pontificis, sic Sanchez & Basil,  
supra. Debet tamen Pontifex non peccet, iusta causa moueti ad  
hanc legitimationem concedandam, quia dispensat in lege praet  
dicantibus aliis succellitoribus legitimis; ita Nuar, Lib. 4, confil. in  
1.edi.tit. de sponsal. conf. 3, circa finem. Et in 2.edi. lib. 4, tit. qui  
finis penit. conf. 2, in fine Sanch. lib. 8, de mar. dicta di p. 7.  
num. 3. Quare numquam centendum est hanc legitimationem a  
Pontifice concedi tante tertiij praetudicio, nisi clare id exprimatur,  
iuxtag. de non collendo sive quis sit. Sanchez, sp. pr. n. 6 fine. Gu  
tier. de mar. cap. 74. n. 6.

16 Secundum dubitatio non levius est, ut per eum velut illa

11 Secunda dubitatio non leuis est, ac per clausulam illam in dispensationibus appositam pro matrimonio contrahendo, vel contracto realuidando nempe vt non obstante impedimento fia dispensatio ad matrimonium inter se liberet, & licet contrahendum, problemate, si quia sit, & sumpcipientem legitimum decernendo, haec legitimatio proli fuscipia concedatur non formam quadam spiritualiter, sed etiam quadam civiliter, ac si ex legitimo matrimonio fuscipia fuisset?

Negant Sanch. lib.8. de matr. disp.7. n.14. Gutier. de matr. cap.74. n.10. Mouentur ea praecipue ratione ; quia illa clausula apponit tunc eodem modo, siue proles habita sit contractum matrimonio, siue non ; sed quando non est contractum matrimonio, neque figura matrimonij exigit, proles suscepit per matrimonium legitimari non potest ; quia non legitimatur matrimonio sublequenti, cum sit concepta, & nata a parentibus impeditus, iuxta resonem in cap. sancta, qui sibi sine legitimi. Neque illam legitimari potest per matrimonio antecedenti, cum neque figura illius praesciret. Ergo nulla ratione illa clausula legitimari potest. Et licet Pontifex codem tenore verborum debeat legitimam esse problem ex illo matrimonio suscepientiam, ac suscepit ; non inde ( inquit Sanch.) debet inferri eodem modo legitimari. Nam verbum illud decernendo, comparatio proli suscepienda declaratur sumentis ; declarat namque futuram esse legitimam, utpote ex vero matrimonio generatam : comparatione vero proli suscepere effectivè sumuntis ; quia per dictum interponendum legitimatum : ac proinde non legitimatur in radice matrimonij sed extra. Neque est inconveniens id verbum in eadem oratione diversimodè sumi comparatione diversorum ut constat ex cap. capitulum, de rescript. in 6. iun-  
ta glossa fin. verbo relaxetis. Hoc infor. Sanchez n. 4. illam legitimationem proli suscepere solum esse quod spiritualis, esto in terris sive dictior temporaliter subiectis : quia omnibus communis est, neque Pontifex sic legitimando problem conferunt vi postea dominij temporalis, cum id non explicit, sed solum potestas spirituali Pontificis. Deinde dicit Sanchez n. 25. Gutier. n. 22. ex vi illius clausula, quia Pontifex sic impeditis concedit, ut possint in matrimonio contracto remanere, non legitimari problem etiam quod spiritualis ; quia illa non est legitimo matrimonij, acque prolis, sed solum remoto est impedimento, quod matrimonio contrahendo obstat. Quapropter concludit ad legitimationem plenam prolis ante suscepere necessarium, exponit ex parte xii in matrimonio, ex quo genita est, legitimaret, & approbat ex parte xii ista, ab eo tempore quo casio fuit.

1. Ceterum verius est supradicta clausula in dispensationibus apposita legitimata prolem incestuosa subfrequentem matrimonio celebrato, sicut legitimatus proles suscepta naturalis subsequenti matrimonio int. Mouetur praeceptus ex autoritate Rote sapientis pro hac parte sententiam fereant, ut confit ex his quae adducit Gare, 7 p. de benef. c. 2. a num. 40. Bafil. de Leon. lib. 11 de matr. cap. 5. a v. 1. 2. Gutier. tract. de matr. cap. 74. m. 5. ne. Neque pro hac parte deest ratio. Negari enim non potest, posse Ponitiscem in fauorem matrimonij, & prolis susceptra confessionem cap. 7. anata extendere, ut matrimonium non solum legittimum filios naturales, sed etiam spurious, & incestuosos; quod ergo potest lege, & constitutione praestare, id praestat illo speciali calu per illam clausulam. Tum quia codem tenore verborum decernit problem suscipiendum, & suscepimus fieri legitimam. Ergo codem matrimonio legitima redditur. Tum quia hie modus legitimatum problem nobilior est, & excellenter. Ergo credendum est Ponitiscem id testare.

<sup>13</sup> Neque obstat, quod tempore illo, quo proles genita fuit, non videtur fuisse genita ex affectu futuri coniugij, cum fuerit coniugium impossibile ob impedimentum. Ergo non fuit

capax legitimacionis subsequenti matrimonio, iuxta texum in dicto cap. tantu[m] cap. ex tenore qui filii sunt legitimi. Non, inquam, obstat; quia subsecuta dispensatione, & matrimonio celebrato, iam ius praeiunxit ex affectu futuri coniugij per dispensationem celebrandi problem generari, ac proinde capacem esse legitimacionis; ut latius haec omnia in superdictis decisionibus Roraz habentur.

14 Tertia dubitatio est: an si Pontifex legiterem, & ratum habeat matrimonium quod nullum erat, vel in illo concedat perieuerare, dispenset in radice matrimonij, & prolein suscep-  
tam legitime? Negat Sanchi, *spra. d. disp. 7. a. n. 2. 4. C. 2.* quia  
nisi Pontifex concedere potest in matrimonio irritu perieuerare,  
neque illud ratum habere potest. Ergo illa verba non retrotra-  
hantur ad praeteritum contractum, sed futurum respiciunt, fa-  
ciuntque hunc sensum: matrimonium, quod ante nullum era-  
t, non confusu accende legitimus, & ratum habemus,  
& in illo concedimus perieuerare. Ex quibus verbis nulla esse vi-  
detur facta legitimatio prolixi. Ceterum suffundendum contrarium  
ob *sprad. cl. decisiones Rotz*, quas sequuntur *Garcia* a *n. 42.*  
*Basil.* *spra.* Ratio est, quia ex stylo curia legitimans matrimo-  
nium, illudque ratu habens censetur a contractu prius facto om-  
nen initiationem & illegitimacionem tollere, illudque fictione  
iuriis ita legitimam reddere, quod omnes effectus, ut si legitimè  
in principio factum esset. Et idem est dicendum, cum concedi  
in contractu perieuerare: concedit ramone perficienda, illi

14. *Cetera sunt huiusmodi perferendae in illo contractu, qui nullus fuit, valido tam per dispensacionem effecto, & seclusus ab eo omni impedimento irritacionis ex illo tempore, quo primo fuit celebratus: quia verbum illud persuerans retro trespicit, & contractum in quo perfereretur debes legitimum supponit. Falsa vero legitimatio matrimonij, ab illo tempore proles concepta redditur ex consequenti legitimata.*

15. *Hinc si habeat problemum incestuosa si subsequenti matrimonio legitimatum succedere in maioratu &c; exudere substitutum; quia vetet ex legitimo matrimonio oniositicci succedit filius naturalis subsequenti matrimonio legitimatus.*

16 Hinc etiam videatur inferri excludere a maioratu; quia se facis initiatu, aut te iugis omnius suscepisti, si Ponitis eum illo dispenset, ut matrimonio contraheas, ex ipso maioratu obtineas posse; quia intentio fundatoris excludentis initiatum facris a maioratu successione fuit, quia erat incapax legitimare successione habendam. Ergo celsante hac incapacitate, celsitatem videatur dispositio. Neque obstat alteri esse ius quae situm; quia fuit ius quae situm durante primogeniti incapacitate, fecis illa sua, quod exemplo primogeniti mortui, & resurgentis manifestari potest; durante enim morte primogeniti secundo natus succedit; si primogenitus refutatur, nullus illi debetur; sic Balfe, de Leon. lib. 11, de mar. cap. 4, §. fine, n. 1.

17. Ceterum haec in distinguendum censet, aut secundo genus dominum maiorum, seu hereditatis acquisuit tempore quo factis initiatus est primogenitus, aut non. Si dominium acquisuit, credo ex dispensatione illa non esse hereditatem secundo genito autendam; quia videtur in ipsum translata in perpetuum, & irreversibiliter, eo quod censeatur in perpetuum exclusus primogenitus Item dominium aliqui acquisitum non potest nisi ex causa publica, & bono cambio ab eo aucteris. Ade quidem tequissim ad successione debet esse eo tempore, quo substitutionis credit dies. Ex textu in leg. non oportet ff. de legatis, 2. Et in leg. interuenienti ff. de legatis postea & plus rubras exomat Molina de Hispano, primogen. lib. 3. cap. 13. n. 37. Cum ergo pouamus hereditatem esse translatam in secundo genitum ob incapacitatem primogeniti, quamvis postea hinc incapacitas remouatur, maiorum non acquirat. Molin. de Hispano primog. lib. 3. c. n. 14. Molio Iesuista tractat. disp. 1624. n. 5. At si maiorum deatus non est secundo genito, ex quo vivat viuimus illius possessor & vivente illo primogenitus habilis redditur ad matrimonium, credo in maiorum succedere, quia sed successione habilitas tempore quo defutus haec editis speciam dicitur, ut fatus colligitur ex leg. i. § 10. ff. de bonorum poss. ff. contrahab. ybi habent si pater habeat filium, & ex illi hepotem, & filius deportetur, si durante deportatione filii pater moriatur, succedit nepos quia deportatus habetur pro mortuo. At si vivente patre filii restituatur, ipse succedit; quia cius nisi fuit fulsum, & sublatu impedimento recipiuntur, & consolidatur, sic est dicendum in nostro casu; & ita tenet vixique Molina loco allato.

Quod si dicas fieri prædictum secundo genito , aliusque vocatis , negandum est ; quia secundo genito , aliqui vocati locum voti sunt ad successionem post mortem vitimi possessorum , cuius quo primogenitus habilis non existat . Ergo ex habilitatione primogeniti concessa nullum prædictum confidatur ; et alius fit . Adde hoc ius successorum ante delatum ha redicendum parum confidetur eis , quia variabile est . l. 1 . ff. impuberis . ff. de sollebito . l. prævia verum , cum similibus . ff. ad l. 1 . Falcio . Et hæc de potestate Pontificis .

18 Alij vero principes supremi legitimate libi subditos posse sunt quad temporalia tantum , nempe quad honores , & successiones , tiamen successio debet esse in fudo , aut in maiorum agatu . Nam licet ex simplici legitimatione non conculcat legitime .

matus ad successionem feudi, vel maioratus; vel alii relatis tradit Molin. lib. 3 de primogen. c. 3. n. 9. Couart. 3. cap. 6. n. 7 Iulius Clarus lib. 3. sentent. § secundum. q. 8. 2. At si specialiter ad illam successionem legitimatum, succedere potes, dummodo à voluntate institutum fideicommissum non excludatur, sic Couart. supra, & noster Molina tract. 2. de iustit. disp. 174. in fine. Ad spiritualia autem ex limitatione principium facultatum nequam habilius esse potes. Quia nullam in spiritualibus habent potestam. Quare ex nulla horum principium legitimatio capax esse potes ordinum, ac beneficiorum; illa vero legitimatio in radice matrimonii, quam Pontifici concessum, principibus secularibus competere non potes, cum illis depegetum ab ecclesia sit matrimonii impedimenta statueret, illave tollet, iuxta textum in cap. 1. de sponsalib. & cap. 18. de ordine cognit. & ita tradit sanch. lib. 8. disp. 7. num. 11.

19 Ad ius patronum est spiritualis sit, quia tamen rebus spiritualibus solet annecti, bene possunt principes secularis habilem indirecē reddere sibi subditum. Nam habiendo ad successionem hereditatis, cui ius patronum annexum est, consequenter ad ipsum ius habilitant: sic alii relatis Couart. n. 2. part. de sponsal. cap. 8. § 8. num. 18. Basilus Legionem, lib. 11. cap. 1. num. 1. 4. Ioann. Azo. 2. p. lib. 2. c. 4. quæst. 7. Molina tract. 2. de iustit. disp. 173. ver. item.

## S. VI.

## De his, qui legitimari possunt.

- 1 Legitimandus debet esse subditus legitimantis.
- 2 Quid si bona intra tuum territorium existant, poterisne alienum subditum legitimare? Affirmant aliqui.
- 3 Contrarium est dicendum.
- 4 Est falso oppositum rationis.
- 5 Princeps potest filium suum legitimare? Negant aliqui.
- 6 Verius est oppositum.
- 7 Non potest filius ex vi talis legitimatio in regno succeder.
- 8 Filium clericorum plures negant à principe legitimari posse.
- 9 Verius est contraria sententia.
- 10 Pontifex potest statuere, ne bona clericorum ad filios sacerdos deveniant, esto à principe seculari legitimari possint.
- 11 Si filius clericorum in sacris sit, vel beneficiatus, plures firmant satis probabiliter legitimari à principe seculari non posse.
- 12 Probabiliter est oppositum.
- 13 Qualis confensus legitimatus, & parentum requiratur.
- 14 Filius natus ex parentibus impeditus ad contrahendens an legitimari possit? Proponitur dubitandi ratio.
- 15 Verius est legitimari posse.

1 Constat ex § precedentibus, legitimandum subditum esse debere legitimantis, quia legitimatio actus est iurisdictionis saltem voluntaria; ac proinde necessario in subditum exercenda. Quod omnino verius est, quando non solum legitimandus, sed bona ad quæ legitimatur, extra territorium legitimantis existunt. Quia extra territorium nulla est iurisdictio. L. v. ff. de iurisdict. omn. iudic.

2 Dubium tamen est, si bona intra tuum territorium existant, possis alienum subditum ex consensu parentis, & ilorum quorum intereat legitimare? Affirmant Bald. Praem. Codic. column. penult. & alijs relati à Fachinio lib. 3. c. 1. n. 1. & 2. in princip. Moneur, quia legitimatio est actus iurisdictionis voluntaria, ex quod initius dari non potest. & generaliter. Anz. quibus modis naturales officianer sui sed actus iurisdictionis voluntariae vbiq; exerceri potest, & quocunque iudice. 1. ff. de officio proconsul. 1. 2. C. de emancipatis liberis, præcipue cum iumenti ex hac legitimatio fia præiudicium; si quidem ei conscientiam omnes, quorum intereat. Ergo fieri potest à iudice erga non subditum. Addic ratione rei sua videtur principem iurisdictionem habere ad legitimandum alienum subditum.

3 Negatiuam tamen sententiam amplectenda est, cum Abbatे in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. n. 23. Couart. 2. p. de sponsal. 1. 8. § 8. n. 1. 4. Fachin. supra. Basil. Legionem. lib. 11. de mar. c. 6. n. 1. & aliis videtur, decisa esse in d. c. per venerabilem, ubi Pontifex dicit se legitimate filios Regis Francie, quia id facere potest absque alterius iniuria; eo quod nemini sint subiecti. Ex quo manifestè colligitur, si alterius subiecti essent, eos legitimare non posse. Et ratio est manifesta; quia legitimatio est inhabilitas per legem inducere remoto, sed nemo potest ab hac inhabilitate quemplam removere, nisi si, qui cum per legem à se latam inhabilem fecerit. Ergo nullus potest alienum subditum legitimare; siquidem nullus potest alienum subditum suis legibus ligare.

4 Neque obstat ratio contraria. Admitto namque legitimationem esse actum iurisdictionis voluntaria; nego tamen à quoconq; iudice exerceti posse, iurisdictione namque voluntaria quæ à quoconq; iudice potest exerceri, est iurisdictione, quæ

ex consensu subdit prorogari potest, scilicet quæ à subditis non pendet, qualis est potestas legitimandi. Et hieci in nullum praedicium patentibus, alijque vocat, fiat ex illa legitimatio; non inde inferatur ex ipso iurisdictione aliquam in non subditum in iurisdictionem acquiri, iuxta l. priu. v. o. de iurisdict. omn. iudic. ex ratione vero rei sita nulla communatur Principi iurisdictioni, cum haec personam spectet, non res circa quæ est successio, & docuit Basil. Legion. lib. 11. c. 6. num. 11.

5 Secundo dubitatur: an possit princeps filium suum legitimare? Negat Iaf. in l. qui iurisdictione pres. ff. de iurisdictione, consenserit Basil. Legionem. lib. 11. de mar. c. 6. n. 1. in fine. Moneur. Tum quia legitimatio est actus mixtus ex iurisdictione voluntaria, & contentio, cum aperte fiat in iurisdict. & parte contentiose, sed iurisdictione contentio exercesti non potest à parte in proprium filium. Ergo neque legitimatio potest à principio in proprium filium exerceri. Minorum probat dicta lex, qui iurisdictione, ibi: Qui iurisdictione pres. ff. neque sibi in dicto decrebet, neque uxori, neque liberis suis, neque liberis, vel uxoris qui secundum habet. Addic neminem potest suo proprio facto auctoritate præstare: iuxta textum in cap. fin. de iustit. & tradit. Glosa in dicto cap. per venerabilem, verbo tanquam principi: præstare autem si proprium filium legitimari. Ergo dicendum est id fieri non posse.

6 Ceterum contraria sententia prior est, quam defendit Abbas in dicto cap. per venerabilem, § in super. per textum, lib. 1. 3. & Bald. in l. 1. s. consil. 4. ff. de adoptionib. Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. n. 20. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. ver. princip. Ratio est, quia ex communi sententiâ legitimatio, actus est iurisdictionis voluntaria per se, licet per accidens, & ex consequentiâ, quando habeat adiunctum actum iurisdictionis contentiose, sed iurisdictionis voluntariae actum optimè potest pati in filium exercere argumento manumissionis, adoptionis, & aucti potest in filium fieri possunt. l. 1. & 2. ff. de officio presor. l. 1. 3. & 5. de adoptionib. Ergo & legitimatio actum optimè potest pati in filium exercere. Addic etio legitimatio actus est iurisdictionis contentiose: at bene à parte in filium exerceti potest, si filius ipse consentiat; quia in voluntatis bene potest ius filio dicere l. priu. ff. de iudicis. Neque contradicit lex, qui iurisdictione. Tum quia ibi de contentientia; non de necessitate videris loqui. Tum quia loquitur de iure, quod alii praendunt sibi competere. At ius legitimatio filium legitimando competere potest, non aliis, qui legitimatio contradicit, esto ex legitimatio illis in consequentiam prædicium habet.

7 Ex vitam huius legitimatio non potest filius legitimatus in regno succedere, si à republica statutum est, ut filii legitimati succedant, quia legitimatio rescripto principis, sub legitimo non comprehenditur, ut pluribus comprobatur Molin. de Hisp. primog. lib. 3. c. 3. & seqq. & ita tradit Mol. tract. de iurisdict. disp. 163. ver. princip. Qui autem portentur habentes à principe legitimandi, proprium filium legitimare non possunt, quia haec legitimatio extraordinaria est, & sub dubio principi conditur, non est igitur credendum in generali clausula communicari. Quapropter in particuliari exprimenda est, viciatur sententia compitentia. Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. § 8. n. 2. nro. 21.

8 Tertio dubitatur de filio clericorum à principe seculari legitimari possit: Negant Dominic. & Germinatio in cap. v. de iudicis, in 6. Paril. consil. 1. n. 2. 3. lib. 2. & in Senatu Parilicis statutum fuit anno 1562. prout testatur Gregor. Tolosan. libro. synag. cap. fine. Alexand. constil. 8. 7. volum. 2. quod incipit eius codicillus. Moneur primo; quia ad legitimatio filii requiri patet clericorum consensus. At clericorum in laicis radicem conscientie non potest. cap. vi. diligenti. de foro comp. quod non solum de iurisdictione contentiose, sed etiam voluntaria feret omnes doctores interpretarunt. Ergo iudex laicus haec legitimatio concedere non potest. Secundo moneur; quia bona clericorum sunt exempla à laica potest, cap. eti. s. sancta Maria. de confus. Ergo laicus non potest in iurisdictionem exercere: at exercet legitimando filium clerici si quidem ex tali legitimatio bona clericorum ei manent applicata. Ergo id facere nequam potest.

9 Affirmativa tamen sententia, nempe posse iudicem laicum legitimare filium clericis sicutiam quadam honores, & successiones vetior est, & tenenda: Quia legitimatio est actus iurisdictionis exercitus in personam legitimatum. At ille filius cum factis suis subditus, est iudici legitimari. Ergo nihil obstat potest legitimatio. Nam consensus parentis ad legitimatio, non est requisitus ad propagandam, vel concedendam iurisdictionem in ipsum clericum, sed in ipsum filium laicum legitimandam, vel potius ad impedendum ipsius clerici praedium. Bona vero ad quæ legitimatur, esto exempta fuit à tribitis, & gabellis, dum a clericis possidentur, non tamen exempla sunt, quominus post mortem eius alteri à principe applicentur, & ius successionis concedantur. Leges vero, quae per hanc legitimatio relaxant, cuncte sunt, & non canonice legibus namque ciuilibus statuum est, he illegitimi in parentum filie lacrum, siue clericorum bonis succedant. Ergo nihil obstat hinc legi-

legitimationi. Facit pro hac sententia § illud in Authent. quibus modis natus efficiuntur sui in illis verbis. Quid enim si ad sacerdotium alter eorum ascendens quibus satius indicat. Imperator se posse legitimare filium sacerdotis, & ita tener Decius cons. 10. num. 5. Couart. 2. p. de spon. cap. 8. §. 8. num. 10. Fachin. lib. 3. controver. cap. 59. Molina tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. ad quod autem Basil. de Leon. lib. 11. de matrimon. cap. 6. num. 5. Matienzo lib. 5. recopil. 11. 8. leg. 10. gloss. 1. num. 13. & alij apud ipsos.

10. Aduerit tamen optimè Mol. supra. vers. illud tamen. posse Pontificem legi sua statuere. ac bona clericorum ad filios eorum spurious deueniant, quantumvis à principe legitimari suu. vi huc via clericis à libidine frumentari, & impediunt, ne occasione diuini filios facilius pauperibus debita alimenta dengent. Neque ex hac configuratione inferitur Pontificem in laicus iurisdictionem exercere, sed filium in clericum, et cumque bona impidiendo, in filios transferantur. Quod fecit Pius V. in sua bolla, quae refert Nauar. de spoliis clerico. §. vlt. 7. 6. notab. 4. circa finem. cuius tamen non videtur recepta in his Hispanie regnis, prout testatur Mol. tract. 2. de iustit. disp. 169. circa finem.

11. Maior dubitatio est, si filius clericis legitimandus in factis si constitutus, vel si in minoribus si beneficium Ecclesiasticum habiat, ratione cuius fosi prius legum habeantur, inquam, hic legitimari possit à principe seculari? Negat Decius cons. 150. a. 4. Azot. 2. p. in inst. moral. lib. 2. c. 15. q. 5. in fine. Basil. Legion. lib. 11. de matrimon. c. 6. n. 9. Mouentur, quia laicus in clericum exercere nullatenus iurisdictionem potest, etiam ipso clero contentiente, iuxta tit. de foro comp. Sed legitimatio vt sapere dum est iurisdictionis est extremitas. Ergo hanc iudicem laicus computatione clerici exercere non potest. Item supradictus clericus exemplus est à laica potestate. Ergo iudex laicus illum legitimare non potest. Quia legitimatio (vt omnes supponunt) fieri necessario debet in subditum.

12. Ceterum eis huc sententia sit satis probabilis, probabilem ex istmo affirmantem à iudice laico hanc legitimacionem faciendam esse, docent aliis relatis Couart. 1. p. de spon. 5. 8. §. 9. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. in med. vers. quando filius. Mouentur considerationes. Nam hic filius ob leges ciuilis inhabilitantes spurious ad successionem patris, est inhabilis ad succedendum, quamvis inhabilitatem contraxit tempore quo laicus erat, neque ilam exclusus clericatus accepto, sed legum ciuilium relaxatio, ad illarum conditorum pertinet. Ergo ad ipsum pertinere debet legitimatio, conditor autem harum legum est iudex laicus. Ergo ad ipsum legitimatio pertinet. Neque obstat clericum exemptum esse à iurisdictione laica; quia non est exceptus integrè à iurisdictione directiva, sed à coercione. Alius nullus legibus ciuilibus obligari posset contra receptionem sententiam, de qua rati. de legib. disp. 1. diximus.

13. Quarto dubitatur, qualiter confessus legitimandi & paracompitus requiratur. Si spectata iuriis dispositione legitimatio facienda est constans non solum parentum, sed ipsius legitimatio confessum requirit, habebut expressè § generaliter. Authent. quibus modis naturali, officiatur sui. & subditur ibi ratione nam per legitimacionem transiit legitimatio in patrino potestarem; ac proinde suscipient ipsi bonorum ipsius & administratio ad patrem pertinet. Non igitur etiam conueniens, ut renuent patre, vel filio, hanc legitimacionem principem concedat; sic omnes doctores. Adequo tamen, si legitimatio est dimittenda, ut scilicet formam respectu personam legitimatam, quam habilem redderet princeps ad honores aliae officia reipublice, & non ad partis successionem, nullus patris confessus requiriatur; quia si non intellexit, & ex principe beneficio habet, sic Matienzo. 1. 4. recop. 1. 10. tit. 8. gl. 1. n. 11. Namquam vero confessus aliorum agnatorum aut consanguineorum requiritur, tametsi legitimatus ad successionem patris consequenter maneat legitimatus ad aliorum successionem. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. item legitimatus rescripto. Qualis autem confessus requiratur? Eman. Costa in Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & postib. p. 2. concl. 1. & Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. ut legitimatio negant esse necessarium expressum, sed sufficere presumptum, dummodo hoc presumptum non colligatur ex sola scientia legitimacionis, & silentio, sed ex aliquo actu, quod non nisi legitimatio iure effici poterat. Ceterum probabiliter credo te sufficienter contentire, ut leias legitimacionem, & fileas, neque contradicas, cum contradicere possis ex leg. in adoptionib. 5. ff. de adoptionib. & videtur decidi in leg. 2. §. vlt. ff. soluto matrimonio, ibi, scire eum exigimus, ut videamus non contradicere. Etatio ea est, quia cessatio contradictionis cum scientia legitimacionis est virtualis legitimacionis approbat. Basil. Legion. lib. 1. de matrimon. c. 6. n. 13. vide Matienzo. leg. 10. tit. 8. lib. 5. recopil. gl. 10. 2. 11.

Dixi specifata iuriis dispositione. Nam si princeps velit vi. plenitudine sue potestatis, poterit iniurium quilibet legitimate, cum coim legitimacionis conditions à iure humano statutas sint, princeps iurius illius constitutor, eas relaxare poterit. Titulum de nobilit. c. 6. n. 11. Aut. Gabr. tit. de legium. concl. 5. in fine. Basil. supra. n. 14.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

Hinc sit absens legitimatioem eff. Cum non habero, quoque ipse illam ratam habeat, neque insatis legitimatioem, quoque ipse liberè consentiat. Excepit nisi ex plenitude potestatis princeps ei velit hoc beneficium concedere. Azot. 2. p. in inst. mor. l. 2. c. 7. 4. q. 9.

15. Quinque dubitatur, an filius natus ex patentibus imbeditis ad contrahendum legitimari possit. Ratio difficultatis est, quia legitimatio est natalium restituio, at hic neque natalibus restitu, cum non possit principi copulam illam, ex qua genitus est, legitimam, & coniugalem facere. Ergo eius restitutio non est legitimatio, sed dispensatio. Addit. Auth. quibus modis naturales efficiuntur sui §. vlt. prohibet his filii legitimacionem concedendis, neque naturales vocari, neque participanda eis volta clementia est. Huc accedit horum filiorum restitutio dispensatione, in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimis & ita teneat plures relati a Fachin. l. 3. controver. c. 59. in pr. & à Matienzo l. 5. recopil. l. 10. tit. 8. gloss. 1. n. 1. quos ipse sequitur Couart. 2. p. de spon. c. 6. §. 8. n. 4. restatur sibi aliquando hanc opinionem placuisse.

16. Ceterum verius est hoc à principe legitimari posse, si plenitudine sua potestatis videntur: sic Couartus & Fachinus supra. Molin. tract. 2. de iustit. disp. 173. in princip. Basil. Legion. lib. 11. de matrimon. cap. 6. fine. Ratio est: si quia hæc inhabilitas, & illegitimatio iure humano introducta est iure exim naturæ omnes filii legitimi nascuntur. Sed quia iure humano inducta sunt, principis voluntate abrogari, seu mutari possunt, sed naturali iustitiae iure naturæ gentium, & cuncti. Ergo potest hæc inhabilitas mutari, & loco illius legitimatio naturalis succeditur. Neque obstat principem non posse copulam illam, ex qua filius legitimandus genitus est, legitimam reddere, quomodo non posset filium naturalem legitimare. Non enim ad legitimacionem requiritur restitutio natalium ex matrimonio, sed natalium ex natura, & sic restitutus reputatur; ac si ex vero matrimonio natus esset, quamvis matrimonium inter parentes eis non possit. Lex autem illius Authent. statuit hos filios indigos esse legitimatione, ac proinde iure ordinatio legitimandos non est, ac non collit, neque potest tollere à principe potestatem illos legitimandi, si sibi placuerit. textus vero in c. per venerabilem, virut verbo dispensationis; quia legitimatio est quædam iuris dispensatio, si quidem illegitimus, & alioquin iure inhabilis ad successionem admittitur.

## S. VII.

Quæ conditions exprimenda sunt, validum sit legitimacionis rescriptum.

1. Debet matrimonium inter parentes moraliter esse impossibile.
2. Debet fieri mentio, si forte pater habeat filios legitimatos.
3. Non est opus exprimere alios cognatos, & consanguineos patrii succedentes.
4. Deinde est mentio facienda subscripta.
5. Postea principis legitimare problem, ut in hereditate cognitio delatae fuerint. Affirmant plures, si nondum possessio nem habeat.
6. Contrarium cense tenendum.
7. Idem est dicendum, esto hereditas delata sit, sed nondum adita.
8. Idem de substituto sub conditione, si pater sine liberis ex legitimo matrimonio decedat.
9. Secus dicunt aliqui, si conditio sit, si decadat sine liberis legitimis.
10. Contrarium erit in hoc casu verius existimo.
11. Si substituto facta est sub conditione, si ultimus possessor sine liberis dicessit, an hunc substitutum excludat filius naturalis? Ex circumstantiis substitutionis desumendum est.
12. In legitimacioni imperatione citandis sunt qui ius ad hereditatem habentes impedibile.
13. Qui excludantur in legitimacione concessa sub hac conditione, nempe sine praeditio legitimorum.
14. In Imperatione legitimacionis explicari debet qualitas illegitimitatis.
15. Aponitur quadam limitatio.
16. Requiritur causa ad concedendam legitimacionem.
17. Qualiter legitimatus, vel dispensatus habilis est ad beneficia.

<sup>1</sup> Primo, & principiū requiriunt, ne possint patentes matrimonio contrahere, vel quia cum aliis illorum deceperit vel est longè absens, vel quia cum aliis fornicationem committit, vel se inhabilem moraliter fecerit. Nam seclusa hac impossibilitate falem moralis, nequaquam princeps legitimacionem concedit, cum eam sub roget loco matrimonij, quod credit impossibile: probaturque textus in Authent. quibus modis naturales efficiantur

B. b

efficiantur legit. si igitur, collat. 6. & tradit Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. n. 5. Gregorius Lopez l. 4. tit. 15. part 4. verbo de barraga. Molina de Hispan. primogen. 1. c. 3. num. 39. noster Molina. tract. 2. disp. 173. vers. item si i. Matienzo. l. 10. tit. 8. lib. 5. compil. gloss. 1. n. 10. & alij plures ab eisdem relati.

2. Secundo requiritur, ut legitimandus mentionem faciat, si fortis eius pater habeat filios legitimos. Quia spectata ordinaria potestate non censetur principis cum praedium legitorum velle legitimationem concedere: habetur expresse in §. si quis ergo, & sequenti. Autem, quibus modis naturaliter officiantur legitimi. §. si igitur, & docent passim doctores. Videtur autem cetera necessitas hos legitimos filios explicandi, si ipse in interpretatione legitimationis contentiet. Quia tunc censetur eorum praedium: sic Ana. Gabriel. de legitim. concil. 6. n. 17. Basil. Legiomen. lib. 11. de matr. c. 7. n. 3. Sed non caret difficultate. Quia mentio legitimorum non solum expulsum, ut fiat eis praedium, sed vt intelligat principis, non esse necessarium subrogate filios naturales loco legitimorum, qui est finis legitimationis, cum filii legitimis adine. Nunquam tamen ob parentum consensum excusat legitimandus ab expulsione legitimorum; quia consensus parentis non impedit eorum praedium, nec superfluum subrogationem: Couart. 2. p. de sponsalib. 1. 8. §. n. 7. Azor. 2. lib. 2. c. 14. q. 1. Basil. Legiomen. supra. Si vero nullus adit filius legitimus, & legitimandus habeat patrem, & auum, virilique conuentum existimo in regno Hispania necessarium esse. Qui in his regnis patri carenti filii legitimis necessario succedit aius in duabus partibus, ita ut non possit filius de illis libertate disponere, sed ob praedium legitimae filii legitimis necessario competenter est mentis facienda filiorum legitimorum. Ergo etiam ob praedium successionis aurorum, est mentio illorum facienda, & ita tenet Mol. tract. 2. de iustit. disp. 173. vers. item si legitimatio, cum Eman. Cofta in leg. Gallus. 1. §. quid si tantum ff. de l. & postibl. 2. p. n. 146.

3. Alios vero cognatos, & consanguineos succedentes patribus intestato, non est necessarium exprimere. Quia solum succedunt causa quo pater alter de bonis suis (vt potest) non disponuerit, cum autem liberum patet sic cui voluntaria bona sua relinquere, nullum agnoscat, & consanguineis ex illa legitimatione praedium sitac proinde eorum mentio non est facienda. Couart. 2. part. de sponsal. cap. 8. §. 9. n. 7. Decius cons. 5. col. 1. & 3. Tiraquel. in lib. vnguam. God. de revocando donat, verbo suscepitur. n. 5. 3. Basilius l. 1. c. 6. n. 4. Qued procedit non solum vivente patre, sed illo mortuo, causa quo in morte expulsa fuerit filii legitimacionem, & sub ea conditione illum heredem substituerit; quia tunc ex voluntate principis effectus legis subdendentis censentur heredes non acquirent ius ad bona defuncti, nisi causa quo principes voluntatis parentis defuncti non auctoritatem legitimam filium, ut patet expulsum. At si principis filium legitimauerit, ut yere legitimare poterit, sicut patet in vita, cellar ius heredibus concessum est ex Barr. & aliis tradit. Couart. supra, & multis allegatis Matienzo. leg. 10. tit. 8. lib. 5. recip. gloss. 1. n. 10. Molina. tract. 2. de iustit. disp. 174. vers. illud etiam. At patente intestato mortuo non potest legitimandus legitimacionem impetrare, quin exprimat hereditatem cognatis delata esse, quia non est censendum principis velle illis in iure quicquid praedicatur. Couart. n. 9. Matienzo. n. 19. Azor. lib. 2. c. 14. q. 10. Basil. c. 7. n. 4.

4. Deinde est mentio facienda substituti, si forte aliquis sit in hereditate parentis, causa quo sine liberis legitimis decesserit, quia cum pater non poterit liberum de hereditate disponere, sed obligatus sit substituto relinquere, ipseque substitutus ius succendi habeat, non est credendum principis huic iuri praedicare velle: sic alii relatis Couart. dicto cap. 8. §. 9. num. 8.

5. Sed grauius est, inter intrispertos controversias, possitne principis de plenitudine sue potestatis tibi legitimacionem concedere, ut in hereditate cognatis delata succedat? Et quidem si cognati hereditatis possessionem habeant, omnes conuenient non posse principi te legitimare ad succendendum in illa, quia non est in eius potestate aliquem bonis propriis solvit, ut alii ea concedat, excepta causa boni communis, & dato bono cambio. At si hereditatis possessionem non habeant, sed solum illa adierint, hoc est, hereditati conferent, voluntaque esse heredes, ratione cuius dominum acquisierint, iuxta l. cum heredes. ff. de acq. poss. plures consent possit principem te ad illius successione legitimare. Quia principis in iure ciuilis dispensare potest, cum sit ab ipso constitutum, sed a iure ciuilis habetur, quod agnaci dominum habeant hereditatis per illius aditionem. Ergo a principio impedit potest, & tibi concedi.

6. Contrarium tamen omnino tenendum est. Nam est a iure ciuilis, & legibus regalibus pendat, quod per aditionem hereditatis dominium acquiratur: at illo acquisito, iam a principio, illiusque legibus independent est, iureq; naturae debitum illud habent: nequit ergo principis illud tollere: sic alii relatis Matienzo. l. 10. tit. 8. 1. compil. gloss. 1. n. 20. Mol. de Hispan. primogen. l. 2. c. 7. a. n. 2. Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 9. n. 9. Molina Iesuita tract. 2. disp. 174. concil. 4.

7. Verum si hereditas solum cognatis delata sit, eo quod ipsi potestatam habent repudiandi hereditatem, vel illam acceptant, prout magis sibi fuerit expediens, communior sententia defendit posse principem ante illius aditionem te legitimare ad succendendum, & excludendum agnatos, quibus est hereditas delata. sic Molina de Hispan. primogen. l. 2. c. 7. n. 30. Basil. l. 1. predicto §. 9. n. 9. Ratio ea esse potest, quia ante aditionem hereditatis non est plenus ius cognatis acquisitionis. Ergo a principio impedit potest ex plenitudine suz potestatam.

Caterum probabilitus credo oportuisse cum nostro dictiss. Mol. tract. 2. disp. 174. concil. 4. & Fortunio relato a Couartu supra. causis authoritatem ipse magnificat. Ratio est, quia eo ipso, quo hereditas cognatis delata est ipsi eum non repudiari, neque in hoc iure acquisire iam a principio eiusve legibus dependent, in eius acquisitione dependent, & eis dependent in dominio, acquirendo per aditionem. Sed ius alteri acquisitionis nequit principis tollere, nisi ex causa publica boni communis & dato bono cambio. Ergo nequit in praedium cum, quibus delata est, tibi legitimacionem concedere.

8. Idem quod dictum est de hereditate cognatis delata, dicendum est de substituto sub ea conditione, si tunc patet fine licet ex legitimo matrimonio decedat, non inquam potest principi te legitimare, ut hanc substitutum excludas. Quia etiam a voluntate principis, eiulque gratia dependent institutio feudi, & maioratus, in qua substitutus cum illi conditione dominatus estat facta ea institutione, nominatione non pender a principiis voluntate ius ad successionem, quod substitutus habet. Ergo non potest illud ab eo auferre, & ibi contra voluntatem inservientis communicare. At etiam voluntatis inservientis, ut deit substituto deficientibus filii ex matrimonio genitus. Ergo dari non potest tibi legitimato, cum legitimatio non comprehendatur sub his, qui ex matrimonio sunt geniti. sic Mol. l. 3. de primogen. c. 1. n. 29. & 51. noster Mol. tract. 2. de iustit. disp. 174. concil. 4. & Couart. 3. var. c. 6. n. 7. in respons. ad 4.

9. At si institutio solum dicatur, si sum liberis legitimis decerit? Communis sententia affirmit te legitimatum a principio substitutum excludere, quia legitimatus inter legitimos illos computari debet. Autem, quibus modis naturales officiantur legitimi. §. si igitur licentia. Et in Auth. quibus modis naturales officiantur legitimi. §. & quoniam ibi: si quis ergo filio legitimis habens, colat. 6. l. 4. tit. 15. p. 4. ibis donec in delate legitimus. Ergo flante tua legitimatione efflat necessaria, ut substitutus succedat, siquidem iam non decadit sine legitimis filii. ff. Couart. 3. var. c. 6. n. 7. & 2. p. de sponsalib. 1. 8. §. n. 8. & plures relati a Mol. l. 3. de Hispan. primogen. l. 2. c. 2. 6. Limicant plures hanc sententiam, ut non procedit in substitutum a persona nobili, quales regulariter sunt omnes Hispani minoritati, qui solet ex infima plebe esse, institutorem voluisse comprehendere. Secundo licet, nisi vocer filios, & filias, addaque & eis tum filios legitimatos: non enim est credendum filios legitimatos scriptio principis sub hac dispositione continet. Atla comprehendet filios naturales filiarum, si a principe legitimatur, quod videtur absurdum: sic Mol. lib. 3. cap. 3. n. 50 & 34.

10. Nihilominus probabilius existimo te sic legitimatum a principio non excludere substitutum, cum illa clausula. Nam licet legitimatus fictione iuris quadrum plures effectus, & plures legibus legitimatos censentur: at in communi acceptione non censentur, sed institutus maioratus credendum est non legimus secundum communem acceptionem vires. Ergo ex eius acceptione sub filii legitimis te legitimatum non comprehendit. Ergo non excludit hinc institutum, sic Molina l. 2. de primogen. c. 7. n. 31. & lib. 3. cap. 3. n. 27. & 29. noster Molina tract. disp. 174. concil. 8.

11. Quod si institutio maioratus, feudi vel fidei committitur, ita sit sub ea clausula, ut substitutus succedat, si viimus possessor sine liberis decesserit, grauius est controversia inter doctores, an filius naturalis hunc substitutum excludat? Alii doctores, alii negant, ut videat est apud suprad. Mol. lib. 3. c. 3. n. 41. & seqq. & nostrum Mol. d. disp. 174. in fin. corrigue refutatio nobis probatur, nempe ex conditione, & qualitate institutio, aliique est circumstantis hoc delendum esse. Nam si institutus sit persona nobilis, nunquam credendum est viuimus majoratus, ad narratorem filium deuenire, ne possidens majoratus, quicunque defert sui generis honoris insignia, caputque est totius familiae, cui omnes reverentiam exhibent, vilis sit & adiectione proinde conditio illa, si sine liberis legitimis decesserit, idem est regulariter cum illa sine liberis legitimis decesserit.

12. Hinc colligere potes citando esse in interpretatione legitimacionis eos omnes, & solos, quia ius ad hereditatem habent impendibile a patris libera voluntate. sic doctores relati. Vide Mol. de Hispan. primogen. l. 3. c. 3. n. 10. Couart. §. 9. n. 8. Hac enim citatio requiritur, ut principi constet caulan legitimatum def. ad legitimacionem concedandam. Nam esto substitutus alij: filii legitimi seper prizumantur coradietur filii legitimato facienda.

facienda, quia illi praedita est. At quia eorum contradiccio deferit ad examinandum, an causa legitima intercedat concedendi legitimacionem, ca de causa citare debent; si tamen illi non citatis, expressis tamen principi, principes legitimacionem absoletum concedat, valida est eius concessio, quia potestatem habet supradictis praeditare in iure quod habent ad succedendum, cum illud habeant ex dispositione legis ab ipso principe latere, ut latius tradit Molina tract. 2. de iust. disp. 174. concil. 2. § 3.

13. At si non absolute, sed cum restrictione concedat legitimacionem, nempe sine praeditio legitimorum hereditum, vel succedentium ab intellecto, nequam illi omnes, qui ius necessarium habent ad succedendum, quodque a patre impediti non potest, praeditabuntur. An vero alii heredes vique ad quantum gradum, qui ab intellectu succedunt, ex illa clausula excludantur? Affirmat Molina *sopra*, & Sarmient. lib. 1. selett. cap. 8. n. 7. & plures relati a Fachingo l. 3. contra c. 62. quia supradictis proprii praeditum non sit, cum non habeant ius succedendi, quod possit fructari non posse. Deinde quia nullius effectus videtur esse legitimatio, si hi non essent exclavi, cum raro facessere possit esse aliquem confangueum intra quantum gradum definitum; placet nihil haec sententia, quamvis Fachingo, & aliis ab eo relatim contraria probetur.

14. Tertio, ut valida sit legitimatio, explicari debet qualitas illegitimitatis, non solum in genere, sed in specie. Tum ut principes sciam, quam gratiam concedit. Tum quia pro qualitate illegitimitatis facilis, vel difficultas redditur. Quapropter explicare debes, an sis naturalis, an spurius, & spurius, an incestu, sacrilegio, vel adulterio, vel ex omniibus simul. Item explicare debes ex quo incestu natus sis, si ex incestu cum matre, cum sorore, cum uxore fratre, cum nuru, cum filia. Nam cito haec iuxta opinionem Caiet. 2. q. 1. 4. art. 9. non varient speciem, explicanda ramè sunt, ut Pontifex *icitur*, quia gratiam concedit. Item explicanda sunt, que difficultatem redduntur: e. p. filius, de rescripto, & negari non potest ex uno incestu, potius quam ex alio difficultorem esse concessionem: sic Couart. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 9. n. 4. Basil. Legionem. l. 11. de matr. c. 7. n. 6. Molina tract. 2. de iust. disp. 173. verbi *bine colligitur*. Fachingo, lib. 3. contra vet. cap. 61. Deinde explicare debes ex quo sacrificio legitimus natus sis, an ex sacerdotio, moniali, religioso, vel virinque simili. Molina *sopra*. Item si effe genitus ex episcopo, non sufficiat narrare te ex sacerdote, genitum esse, quia dignitas episcopalis notabiliter aggrauat facilem, siue effe genitum ex sacerdote, & religioso simul. Mol. *sopra*, et s. qualitatis. Præterea est explicandum, si ex adulterio natus sis.

An vero explicare debes, si virinque adulterium est consummum affirmant plures, quos testi, & sequitur Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 9. num. 3. A zor 2. p. instit. moral. l. 2. cap. 34. q. 6. Basil. Legionem. l. 1. cap. 7. n. 9. in fine, iunctio n. 8. Molina tract. 2. de iust. disp. 173. verbi *bine colligitur*. Moneatur, quia difficultor videtur reddi dispensatio, si virinque adulterium est consummum, quam ex una parte tantum ut principi manifesta de sit, quae possunt cum ad concedendum gratiam, diffidere reddere. cap. 16. de electione. cap. super litteris. cap. postulasti de rescripto. Ergo. Ceterum contraria sententiam sufficere namque si dicas te ex adulterio esse genitum, docuit Angel. conf. 2. 04. quem referi, & sequitur Fachingo, lib. 3. contra vet. c. 60. ea, inquam, ratione; nam ex vi illius relationis cognoscit principes te ex muliere adulteria genitum esse; et quod adulterium absolue sumptum comparatione mulieris de unitate. l. 1. Cod. de adult. sed illo non obstante principes legitimatum reddit: ergo etiam reddit, ita viri adulterio declarat; quia superadditum virtus adulterium non videat difficultatem reddere principem in concessione. Verum haec ratio non multum stringit; alias ex illa inferri potest si genitus effe ex conjugato, & soluta, te non esse obligatum ex quo coena sis gratias explicare; cum adulterium ex parte viri non sit proprie adulterium quod infamiam, & punitionem, neque principem reddat difficultatem in gratia concedendam, quod est absurdum. Quapropter reuinenda est prima sententia, ut communior & probabilius.

15. Supradicta limitanda sunt, nisi princeps concessionem ita generaliter faciat, ut ex verbis ipsius constet non esse opus coitum in particulari exprimere, ut si diceres ex quoconque coitu natus sis, te legitimum facio; ut alii refut. doct. Couart. 2. p. de sponsal. c. 8. §. 9. n. 4. Mol. de iust. tract. 2. disp. 173. verbi *bine colligitur*.

16. Quarto requiritur causa ad concedandam legitimacionem, ut multis relatis probat Molina de Hispanor. primogen. l. 3. c. 3. serie per totum. Cum enim princeps legitimacionem concedens, iusta, legesque à se statutas relaxat, aliusque praeditice, neque abhuc causa haec præstat; alias non effe administrator, sed disipator. An autem valeat legitimatum abhuc causa concessum, pendet ex illa questione, quam tract. de legione, disp. 1. ut. diss. 10. in omnibus, an dispensatio principi in propriis legibus abhuc causata tenetur, cuius affirmatiunam partem, ut probabilitatem defendimus. Ex illa tamen legitimacione abhuc causa concessum non praeditabatur tertio in iure quæsto.

17. Ex his omnibus inferatur, qualiter legitimatus, vel dispensatio.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

satus habili sit ad beneficia, est enim legitimatus & quæ habilitas, ac legitimus, quia sublatum est illegitimitatis impedimentum, dispensatus vero iuxta verba dispensationis, quæ scriptè explicanda sunt, ut latius tract. de legib. disp. vlt. de dispensatione diximus. Iure autem communis episcopus ad ordines minores, & beneficia simplicia cum illegitimis dispensat, c. 1. de filio presb. in 6. Ad ordines maiores, beneficia curata, dignitates, & personatus solus Pontifice concedit dispensationem, ut latius tract. de irregularit. disp. 2. punct. dicemus.

### P V N C T V M II.

An filii presbyterorum alias legitimati, vel dispensati ad beneficia obtinenda, possint in ecclesia paterna beneficia obtinere?

1. Expenditur decretum Trident.
2. In quo hoc decretum distinguatur ab his, quæ iure communis statuta erant.
3. Prohibitio est filiis illegitimis comparatione suorum parentum. Non de nepotibus comparatione avi.
4. Limitans aliqui, ut procedat mortuo parente. Sed non admittitur limitatio.
5. Pater non est prohibitus obtinere beneficium filii illegitimi.
6. Sed an obtinere possit beneficium in illa ecclesia, in qua filius est actu beneficiatus? Verius est non posse.
7. Qualiter pater obtinere beneficium debet, ut filius illegitimus impediatur illud habere.
8. Qualiter negre mediatis neque in immediate potest filius beneficium patris obtinere.
9. Potest pensionem.
10. Proponitur obiectio & solvitur.
11. Prohibetur filius quodcumque beneficium etiam dissimile in ecclesia paterna obtinere.
12. Quid dicendum de beneficio virinis?
13. Non potest supradictus filius obtinere beneficium in ecclesia, ubi pater solam fidem habet ob dignitatem alterius ecclesiae.
14. Neque obtinere beneficium in ecclesia, quæ est soror alterius, ubi pater beneficium habet.
15. Boni potest obtinere canonicatum, qui erat portio non beneficiale tempore patris. Item & capellaniam non collaudam.
16. Interdictum filio illegitimo administratio in ecclesia, in qua pater fidem habuit. Et que administratio.
17. Si pater fidem administrationem habuit, non excluditur filius, neque ab administratione, neque à beneficio.
18. Interdictum à concilio quilibet reciproca regnatio parentum in fauorem filiorum.
19. Episcopus nunquam in supradictis dispensat, & raro Pon-

1. **T**ota difficultas versatur in explicatione textus concil. Trident. sess. 24. c. 14. de reforma, vbi decessit concilium, ut pacientes incontinent. & memoria locis Deo consecratiss. quos maxime paritas, sanctitasque decet longissime attingatur, non licet filii clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio in ecclesia, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, neque in dictis ecclesiis quoquomodo ministrare, ne pensiones super fructibus beneficiorum, quæ patentes eorum obtinenter, vel alias obtingentur habere. Quod si in praesenti pater, & filius in eadem ecclesia beneficia obtinente reperiuntur, cogitat filius suum beneficium resignare, aut cum alio permittat extra ecclesiam intra trium mentium spatium, alia & ipso iure eo priuatus existat, & super his quæconque dispensatio librepriuus censeatur. Ad hanc reciprocæ resignationes si que poti haec a parentibus clericis in fauorem filiorum siant, ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem huius decreti, & canoniarum functionum facta omnino censeantur, nec collationes secuta vigore huiusmodi resignationum. seu aliam quæcumque quæ in fraudem facte fuerint, ipsis clericorum filiis suffragentur.

2. Hoc decretum, ut sacra concilii congregatio declarat, plurimum differt ab his, quæ iure communis statuta erant. Primum, namque differt in fine. Nam ius commune prohibebat filios illegitimi beneficia parentum habere, ne videtur in ecclesia dari successio. At Trident, non tam ob successionem, quam ut patres incontinentia memoria attingatur, hanc statutum prohibicionem. Secundo differt in eo quod prohibet filios clericorum non solum immediatam successionem in beneficio parentum, sed etiam mediatis, & remotam. Quam raro successionem mediatis, & remotam ius commune non prohibebat; ut constat ex c. ad extirpandas. d. dilectus. cap. ex vi an missa de filiis presbyteris. Tametsi constitutio quedam Clementis VII. que in bullo el. 3. hæc successionem in remotam prohibuerit filiis ex fortificatione natu, nempe ut non possit illo unquam tempore

B b a obtemperare